




6  
2-b  
47M

6  
2 D  
51

~~6-2-b.47~~

1	Corneolum	عزقنة	عزقنة	فج
2	paries	جدار	جدار	فج
	ruber	احمر	احمر	فج
T	uter	رحم	رحم	فج
5	homo quosq	كل	كل	فج
5	semen	نطفة	نطفة	فج
1	Verbosus	ضارب	ضارب	فج
3	perfectus	كامل	كامل	فج
9	lacio	كرا	كرا	فج
	rosimida it bene	قود	قود	فج
	ipannus	كشيرة	كشيرة	فج
	de fures	خسر	خسر	فج
	q plura	مطبو	مطبو	فج
14	for quos	ملك	ملك	فج
23	passago	طابق	طابق	فج
26	frustra	بذل	بذل	فج
	Et puer	غلام	غلام	فج
	et lttum	سقف	سقف	فج
	inponobilis	شريف	شريف	فج
	Quo et amatus	حبيب	حبيب	فج
	vultus	كره	كره	فج
	agerq	أرض	أرض	فج
	Arabum	عرب	عرب	فج
	provincia	محافظة	محافظة	فج
	Umpua	دولة	دولة	فج
	desce	سقط	سقط	فج



1:5 13531. Part.

6.-1.d. 35.



auxilium petere, opem alicujus implorare **إِيَّا**  
ex Grammatica Particulam esse constat qua mediante  
Affixa Verbis preponuntur.

in viam] **صِرَاطٌ**, quod & per **س** scribitur **صِرَاطٌ**  
idem est quod **طَرِيقٌ** via convenit cum nostro strate.

sine] **غَيْرٌ** est alius à, diversus à. hic collectivè  
sumitur, regiturque à **صِرَاطٌ**, alioqui sciberetur **غَيْرٌ**  
viam diversorum ab ijs quibus ira tua incumbit.

ira] Sumitur **مَغْضُوبٌ** pro **مَغْضَبَةٌ** vel **غَضَبٌ**,  
id est forma Participij Passivi pro Nomine Verbalis,  
sicuti & alibi, regiturque Casum sui Verbi **غَضِبَ**, & re-  
gitur à **غَيْرٌ**.

Amen] Scribitur **أَمِينًا** cum **ا**, quod minus  
placet: vox & nota est, & alibi à nobis explicata.

F I N I S.



regi seculorum misericordi & pio, regi diei judi-  
cij. O vos omnes illi serviamus. certe adjuva-  
bimur. Dirige nos domine in punctum rectum,  
in punctum inquam illorum in quos tibi com-  
placitum est, sine ira adversus eos, & non erra-  
bimus.

*Versio alia melior, nostraque vicinior.*

In nomine Dei misericordis miseratoris. Gra-  
tias Deo domino universitatis, misericordi mi-  
seratori, judici diei judicij. Te oramus in te  
confidimus. Mite nos in viam rectam, viam  
eorum quos elegisti, non eorum quibus iratus  
es, nec infidelium.

*Suratam hanc vocari فَاتِحَةٌ id est Aperientem,*

*أم الكتاب id est matrem libri jam supra  
monui. vocatur كَنْزٌ أساسٌ fundamentum, كَنْزٌ  
thesaurus وَافِيَةٌ perfectio, وَافِيَةٌ idem.*

creaturarum ] *عَالَمٌ est mundus, Univerſum à  
Deo creatum, Plurale autem su, non ad significandam  
mundorum pluralitatem, sed entium creaturarum, ex  
quibus mundus constat, diversitatem, itaque عَالَمُونَ  
est entia creata omnia, creaturæ omnes. quas  
lingua Hebraea vocat exercitus, itaque رَبُّ الْعَالَمِينَ  
idem est quid דָּוָם צְבָאוֹת dominus exercituum.*

invocamus ] *إِسْتَعَانَ est auxiliari عَانَ  
auxilium*



رب العالمين  
دوم

misericordis miseratoris DEI nomine In 7

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

miseratori .creaturarum domino Deo Laus

الْحَمْدُ لِلَّهِ رَبِّ الْعَالَمِينَ

te .judicij diei regi ,misericordi

الرَّحِيمِ

viam in nos Dirige .invocamus te & colimus

فَعْبُدْ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ

sine ,eos erga es gratiofus qui corū viam ,rectam

الْمُسْتَقِيمِ صِرَاطِ الَّذِينَ أَنْعَمْتَ عَلَيْهِمْ غَيْرِ

.AMEN .errantium non & ,eos adversus ira

الْمَغْضُوبِ عَلَيْهِمْ وَلَا الضَّالِّينَ آمِينَ

*Versio antiqua.*

Misericordi pioque Deo , universitatis creatori, cujus postrema dies expectat, voto supplicii nos humiliemus, suæque manus suffragium semitæque donum & dogma, quos nos ad se benevolos, nequaquam hostes & erroneos adduxit, jugiter sentiamus.

*Versio Guljelmi Pofelli.*

In nomine Dei: misericordis, pij. Laus Deo,

S 3 regi



corporis ablutione, cibo potuque vetitis, peregrinatione religiosa, circumcissione, & laudibus Alcorani atque Muhammedis: sine ullo tamen ingenij acumine, aut argumentorum pondere. Non rationibus sed gladijs sua visum est Impostori stabilire dogmata. Itaque non est quod metuamus fore, ne Christiani homines, ridiculi hujus atque inepti operis lectione magis quàm Poëtarum figmentis moveantur. Quæcunque enim nationes nugas ejus approbarunt, non rationibus, aut doctrinæ pulchritudine; sed vi atq; armis eo adductas esse, & notissimum est, & summo opere deplorandum.

*Ne pagina hic aliquot sequentes vacarent visum fuit mihi, studiose Lector, coronidis loco adijcere primam Alcorani Suratum, quæ quotidianam Muhammedanorum precationem, summæ apud illos auctoritatis, & dignitatis continet: idque eo feci libentius, quod à nostris hominibus hætenus perperam eam intellectam & versam animadvertierim.*

inter manus] *scil.* Dei. *عنه بين يدي* est co-  
ram, ante, *etiam ubi de Deo sermo est: non in libris  
Muhammedicus tantum; sed & Christianis. Itaque  
hic liber, ait, confirmatio est veritatis quæ coram  
Deo est, seu vera ea esse confirmat quæ coram  
Deo verè gesta sunt.*  
omnis rei] *ideſt* boni & mali, iusti & iniusti.

**A**Tque hic sit nostrarum in historiam Iose-  
phi annotationum finis; quibus hoc stu-  
duimus, uti versionis nostræ redderemus ratio-  
nem, vocesque difficilioreſ, & abstruſioreſ lo-  
quendi formulas, hujus linguæ studioſis quàm  
fideliffimè exponeremus. Errores autem, men-  
dacia, & figmenta Nebulonis, in historia Chri-  
ſtianiſ hominibus, ex fideſi Moſiſ recitatione  
notiffima, haud operæ pretium duximus indi-  
care, atque examinare: cum quilibet id nullo  
negotio poſſit. Ii autem qui Iudæorum ſcripta  
tractarunt, facile animadvertent figmenta & in-  
eptias hujus impoſtoris magnam partem ex va-  
niſ eorū commentis nata eſſe, quod & nos alias  
*ان شاء الله* demonſtrabimus. Atque ex hoc  
ſpecimine ſatis, opinor, cuilibet fiet manifeſtum  
quid ſit celebris ille Muhammedanorum Alco-  
ranus, cui tantam illi excellentiam, tantam di-  
vinitatem adſcribunt. Nimirum hoc eſt. Hiſto-  
riarum ſacrarum, multis erroribus, mutilationi-  
bus, figmentis, & mendacijs corruptarum rudis  
indigeſtaque moles, cui hic illic inſerta quedam  
ſunt de unius Dei cultu, oratione, eleemoſyna,  
S 2 corporis

Sed observa tum \ finale redundare, post U radicale, tanquam post servile, quod non raro etiam alibi contingit: quin exemplaria quadam \ hic nullum habent, id quod sententiam hanc omnino confirmat.

supervisione ] id est evidenter, clarè, بصيرة est visio, & intelligentia comprehensio, id est ad animum, & ad corpus refertur.

Laudem Dei ] hoc supra explicatum est versu 23. Observa autem hic quomodo U ei postponatur: alioqui absque eo plerumque occurrit, ut سبحان الله

يقولون.

109 revelationem dedimus ] Futurum post Praeteritum, uti hoc post illud, temporis praemissi significationem passim adsumit.

الآخرة ] id est الحياة الآخرة vita ultima, vita aeterna, آخره enim modo diem judicij, modo vitam aeternam designare jam supra indicavimus.

111 utique est ] vel fuit, in narrationibus eorū.

habentibus prudentiam ] أولوا, cujus casu obliquus est أولي Plurale est à Singulari أول, de quo cō-

sule Grammaticam. أولاد est Plurale à أول prudentia, intelligentia, & passim in Alcorano pro Singulari usurpatur.

non est ] scil. quod jam narratum est, ut de historia Iosephi hac dicantur. Malim tamen ego ad totum Alcoranum hac referre, cujus laudes plerisque capitibus solet inserere.

inter

qua scriptissimus in Commentario nostro in linguam Arabicam.

102 cum colligerent) *id est* cum deliberarent de negotio suo, sicuti versu 15 indicavi. videntur hac verba Dei esse ad Muhammedem.

104 non ille] *vel* non est nisi recordatio *vel* commonefactio (Nomen enim, ut Verbum, modo absolutum, modo transitivum est) cruditis. videntur hac de Alcorano dici.

affociantes] *id est* deos alios vero deo adjungentes. Solent autem illi hoc nomine specialiter vocare Christianos, quod Iesum Christum deum esse dicant, veroque deo tanquam diversum, ut falso illi opinantur, adjungant.

107 an credunt] *vel* potius an etiam credunt? potest enim hoc & commode per etiam verti.

adversitas] *عسر* est dies resurrectionis; adversitas, calamitas; tenebræ; & dolor intestinorum: quarum significationem secunda omnino hujus videtur esse loci.

ab afflictione] seu per afflictionem Dei, *id est* quod Deus affliget eos adversitate & calamitate.

hora] Horam autem hic, & passim alibi, pro die judicij sumi unanimiter tradunt Arabes.

vocate] Atque ita erit *أمر* Imperativus quarte Conjugationis. Sed quid si faciamus Futurum esse prima, & significare voco, ut construatur cum sequente *أنا* ego. hoc certe valde mihi arridet: durum enim est, & horridum vocate ego & qui me sequitur, uti suave & elegans, voco ego, & qui me sequitur.

multus est: hic, ut passim alibi, accipitur pro favente Deo, favore Dei.

adorantes] Non enim سجد است Infinitivus, sed

Participium Plurale à Singulari ساجد.

campis] vel loco inculto, utrumque enim vox Arabica significat.

من بعد ما] idem quod ما بعد ما postquam. constructionem fecit] amoris scilicet fraterni. est enim ذرع perdere, destruere, unde absolute cum بين posuim, ut hic, amicitiam evertere.

101 mundo, & ultimo] دُنْيَا est caducus, cujus fam. est دُنْيَا quod Substantive acceptum mundum significat. اٰخِرَةٌ autem, cum ei opponitur, futurum seculū, & æternam vitam denotare solet.

fac mori] وَفِي est absolvi, perfici, impleri, hinc وَفَا mors, وَتَوَفِّي mori, & mori facere, quod soli Deo attribuitur: sicut قتل hominum est, occidere.

credentē] اَسْلَمَ est tradere: & credere in unum solum Deum creatorem celi & terræ: à quo Verbo Muhammedani omnes sese vocant مُسْلِمِينَ Muslimos per universum terrarum orbem Sarracenorum nomen, quod nos ys damus, ipsi ignorant, qua de re vide qu.e

دع قتل توفِّي

Manifestè hoc positum est pro  
اجر mercedem ejus, ad captandum rhythmum.  
من tamen collectivè sumi potest, & ita erit pro  
اجرهم, paulò convenientius.

92 etsi fuimus] **وَإِنْ** est etsi, licet, nec non  
et si quo posteriori modo & hic veritas, si orationem  
eorum sermone Iosephi statuas abruptam, cum addi-  
turi illi fuerint condona nobis. quod certè non  
displicet.

pudefactio] est enim **ثَرَبَ** pudore & dede-  
core afficere.

95 spernatis me] **فَتَدَّ** est mentiri: & infi-  
pientem, fatuum esse: **فَتَدَّ** spernere, fatuū præ-  
dicare: **ان لا ان** sumitur us versu. 24 vacante **ان**  
ibi tamen cum Præterit. hic cum Futuro construitur:  
si non dicatis me fatuum, ego dico percipere me  
odorem Iosephi. Nisi diceretis me fatuum, ego  
dicere auderem &c.

96 Dixerunt] qui ei aderant, non filij, nam hi  
in itinere adhuc erant.

99 **سوف**] Hoc Futurum tempus significat. con-  
sule commentarium in Gjarumiam.

100 parentes suos] Vide que de hac voce anno-  
tavimus ad versum sextum. Cur autem duorum hic  
patrum meminerit, ego non video.

Si vult Deus] Hujus formulæ usus magnus &  
multus

ان ثنا الله

tatem; sed malè, uti Arabes omnes testantur: cohortem, turbam, aut cœtum significat.

85 dolorem ] *est* **أَسْفَى** vehemens dolor, luctus, mœstitia. Dicitur quoque **أَسْفَى** & **أَسْفَى** eadem significatione. Allusio est ad nomen **يُوسَفَى**.

albi facti sunt ] albitudine obducti, sicuti fit in oculorum caligine. Verbum est nona Conjugat.

**كَلِمَةٍ** ] hoc significat mœrore plenum : & iram intus prementem atque celantem : quorum neutrum malè huic loco applicetur.

86 amens ] Significat vocabulum amore, mœrore, aut morbo ad insaniam redactum.

87 **بَيْتِي** ] *est* **بَيْتِي** secundum Lexicographos dolor; & status, quæ posterior significatio non malè quoque huic loco accommodetur.

89 fac eleemosynam ] **صَدَّقَ** *est* mendicare, eleemosynam petere vel accipere : **تَصَدَّقَ** eleemosynam dare, quod nota. Habet & veritatis significationem radix, sed ea non est hujus loci.

91 **اَيْنِكَ لَانْتِ** ] Particula **اِنَّ** ob servilem prefixam in **ي** mutatum est. Ejus autem causa **اَنْتِ** habet **ل** pleonasticum, uti **لَا جَدَّ** & **لَا** versu 75.

[اجم]

at hoc modo factum Iosephi, quod injustum videri poterat, per voluntatum Dei excusetur. Veri autem quoque possit iure Regis scilicet Aegypti, quo ei licuit externos quosque regnum ingressos detinere. sensus

eadem redit. Est autem Lam vocu لباخن Lam

الجور de quo vide Gjarumiam, nostraque in eam

Commentaria Pag. 29 & 30. non fuit ut acciperet, id est non fuit vel fuisset accepturus. Nobile illud Gjarumie opusculum omnino commendatum sit ijs qui serio Arabicari cupiunt.

nisi ut] أن vacat post particulam, ut & supra.

78 utiq; fecit furtum] aut utique et vel etiam. Resistunt hisce verbis conscientia facinoris in Iosepho perpetrati, ac si dicerent, Hic Benjamin si furax est, proculdubio & frater eius germanus Iosephus in furta pronus fuit, nec in merito a nobis male tractatus est, & venditus.

reservavit id] Affixum Lam. pro demonstrativo Neutro; sicuti & paulo post in ييدها.

malum locum] malum quid quoad locum, id est, malo estis loco. Arabismus satis notus.

79 accipe] vel itaque accipe, prapositionitur enim ف thema est اخذ.

80 nos ita] utique nos eo modo, nos ita facientes, vim vocula ادا vide in Lexico nostro, & Grammatica explicatam.

83 & cohortem] D. Raphelengius opinatus est hoc l.co عيس, idem esse quod צב H.b. id est civi-



ficare prodesse. non prodero vobis quidquam,  
& sic veru sequenti, non profuit ijs quidquam,  
id est nullius rei utilitatem attulit, præter necessi-  
tatem, in anima (id est respectu) Iacobobi.

à Deo de ullo] vel de re, id est rem ullam.  
intenditur autem significatio ab illo à Deo, res à Deo,  
id est res omnino ulla, & cum negatione, sicuti  
plerumque fit, etiam hoc loco, omnino nulla, prorsus  
nulla, ita ut من الله شي non mihi à Deo res sit nulla  
plane vel omninò mihi est res, quod efficacius etiam  
significatur cum من pleonastico

• مالي من الله من شي

70 إني أنا] Visitatus pleonasmus Affixi, sic  
, &c. إني أنت

مال من الله شي  
أبي

pleonasmus affixi  
إني أنا أنت

71 vos estis] vacante إني, vel vos utique estis.  
& accesserunt] id est cum accessissent virtute &  
præfixi, quod prius gestum solet subungere, cum duo  
Verba copulat.

77 dolum dedimus] vel docuimus ita enim  
accipitur كان cum Dativo constructum: sed cum  
Accusativo est dolum facere, fraudare, decipere.

more regis] إني est jus: mos: religio: & obe-  
dientia. Ego pro more hic accipio, ut sensus sit Io-  
sephus non sui sibi fratrem suum invitum & sine  
causa detenturus, Regum more, qui nullo con-  
scientiæ metu in huiusmodi negotiis quidvis si-  
bi licere arbitrantur, nisi Deus id fieri voluisset,  
ut hoc

domum reversi aperuerunt, uti est versu 66.

64 [فَكَتَبْنَا] Futurum patiens Apocopen, propter

præmissum Imperativum: ab اِكْتَالٍ mensuram accipere.

66 alemus populum nostrum] sustentabimus familias nostras, cōparando nobis frumentum, si scilicet fratrem nostrum nobiscum miseris.

augebimus mensuram cameli] id est hac pecunia nostra nobis restituta aliud ememus frumentum, cujus quantitas huius quod jam attulimus mensuram integro cameli onere excedet.

Verbū octava Conjug. est à themate اَرَادَ.

illud] quod scilicet jam attulimus.

67 promissum à Deo] id est certum, & iuramento, per nomen Dei factō, confirmatum.

quod venietis] Futurum cum Nun Paragogico, & propterea pleonasticum habens, ut supra aliquoties.

68 utilitatem capiam ex vobis] اَغْنِي عَنْكَ

communiter significat prosum tibi, utilitatem tibi affero: sed quem sensum difficulter huic loco potui applicare, itaque malui vertere utilitatem capere, quod tamen & ipsum penitus paulò inspectum non placet. Locus est obscurior & examine indigens Confer cum hoc versum sequentem, & vide an quid velis Impositor capias. mihi nunc otium non est: nec res est tanti. hoc constat اَغْنِي cum عن constructum signi-

و نر داد كابل  
بعضی  
از کابل و در کابل  
است

alicui dare vel parare, & modo cum gemino Accusativo, modo cum Dativo Persona, & Accusativo rei  
construitur. **تَبَوَّأَ** autem est habitare, manere. hinc

**مَبَاةٌ** habitaculum. Doctissimus Raphelengius  
opinatus est Verbum beandi significationem habere,  
& pro hamze scripsit **ي**. non bene.

58 pij ] hoc Futurum iterum est pro Participio.  
Thema est **وَقِيَ** custodire, unde **إِتَّقِي** se custodi-  
re, sibi cavere à rebus illicitis, id est pium esse,  
Deum timere.

60 fratre vobis ] Elliptica loquendi formula pas-  
sim obvia, pro fratre qui est vobis.

accedetis ] scil. ad me, quin & exemplaria qua-  
dam habent **تَقْرَبُونَ**, ubi **ي** est pro **ي**, quã lectio-  
nem & prestare iudico, cum Apocope voci huic in-  
duci debeat ab **إِنْ** praemisso. Thema est **قَرِبَ**. Dici-  
tur tamen & **قَرَّبَ**.

63 **لِفَتَيَيْنِهِ** ] quadã exemplaria habens **لِفَتْبَانِهِ** :  
utrumque usitatum est. Singulare est **فَتْيٍ** puer, fa-  
mulus.

in saccos ] **مِحَالٌ** cuius **مِحَالٌ** P'uralis est, sac-  
cum significat, & jumentorum clitellas è saccis  
factas: sed hec loco sacci proculdubio indicantur, quos  
domum

يُغَوِّثُ *quod est auxiliari, succurrere : & opem  
petere, unde غَوَاثٌ و غَوَاثٌ est petitio auxilij.*

أَجَابَ اللَّهُ إِلَىٰ غَوَائِهِ *exaudivit invocationem  
ejus Deus.*

51 & roga eum ] *Nota } unionis Imperativum  
hic excidere, prefixa servili.*

quæ mens ] *Propriè quid mens, id est quid in  
mente, seu animo habuerint, quid voluerint ?  
dolum earum ] id est asturiam & machinationem  
qua amorem mihi suum persuadere, meq;  
ad amorem & scortationē allicere conatæ sunt.  
quæ ratio vestra ] id est quæ causa fuit mo-  
vens vos? Cur ?*

non novimus super eo de malo ] *id est malum  
ullum circa eum. nobis nihil constat de malo  
ullo, aut peccato ad quod à nobis sit invitatus :  
quibus verbis modestè negant se ulla re ad concubitum  
eum sollicitasse.*

53 ut sciat ] *scil. Iosephus, vel quilibet, id est  
ut sciat.*

54 animam meam ] *id est me ipsam, ut versu  
sequenti animæ meæ, est mihi ipsi.*

55 ut alloquutus est ] *seu cum alloqueretur,  
ut supra explicui.*

hodie ] *id est nunc. Sic passion اليوم usurpatur,  
per ellipsin Pronominis هذا.*

habitat ] *بوتاً est mansionem seu habitaculum*

R

alicui

commodissime vertatur, ut idem tunc valeat quod  
كَيْنُ seu أَنْ, Licet Arabes id non videantur monere,  
quod miror, cum non hoc tantū loco, sed & passim alibi  
sensus id manifeste exigat, ut ego ad meos cum ex-  
plicatione somnij revertar, & illi id intelligant.

48 ex more] دَابُّ & دَابُّ idē significant quod  
دَابَّاءُ id est consuetudinem, morem, itaque دَابَّاءُ  
vel دَابَّاءُ, utroque enim modo hic legitur, est solito  
more. Verbum significat diligentem & alacrem esse  
in aliquo opere: item uno opere absoluto aliud  
ilico aggredi, unde vetus versio hic habet annis con-  
tintis, quod non usque adeo videtur alienum. Est quo-  
que دَابُّ voluntas, ut fortassis quæque hic exponi  
queat, ex voluntate, pro voluntate vestra, Prima  
tamen significatio præ cæteris placet.

compluentur] Rarò quidem pluit in Aegypto,  
sed pluit tamen & fieri quoque potest ut per pluriam  
hic intelligatur Nilii redundancia, cujus cause sunt  
frequentes pluvia atque imbres tempore æstatis in Au-  
stralibus Africa partibus cadentes. & sic يَغَاثُ

erit à غَاثٍ, يَغِيثُ. quia tamen hoc loco non ter-  
ra, sed hominibus attribuitur, fortassis convenientius  
vertatur auxilium feretur hominibus, à غَاثٍ,

يَغْرُثُ

46 [وَأَدَّكَرَ] pro وَأَدَّكَرَ Conjugat. octava.  
consule Grammaticam.

populum] أُمَّةٌ est populus, & congregatio  
hominum. Recordatus est post populum, id est,  
postquam totus populus, vel qui Regi aderat  
cœtus, visionis explicationem se ignorare indi-  
cavit. Tradunt tamen doctissimi Arabes, hoc loco  
vocem hanc idem significare quod حِينٌ tempus, ut

بَعْدَ أُمَّةٍ sit post tempus, id est tandem, quomodo  
& vetus habet versio, quod certe non displicet, tum  
quod hanc significationem alibi manifestè satis habere  
hæc vox videatur, ut in illo Alcorani وَلَيْنَ أَخْرَجْنَا

عَنْهُمْ الْعَذَابَ إِلَى أُمَّةٍ & si differamus ab ijs  
pœnam ad tempus, tum quod Articulus nullus  
adsit, qui alioqui videretur requiri.

mittite me] بِ pro بِي Affixo, latente بِي.  
47 iuste] seu verax: utrumque enim vox Arabica  
significat.

[أَخْرَجْنَا] Est Invariabile, & propterea Genitivi  
Casus sub terminatione Fatha.

fortassis] لَعَلَّ idem valere secundum Arabes quod  
apud Latinos fortassis jam versu secundò docui. Mihi  
autem non est dubium, quin plerisque in locis per ut  
commo-

prima vocali: reperitur tamen etiam سَنُون : Thema  
est سَنَا mutare.

43 سَمِينَةٌ ] Plurale est à سَمِينٌ pinguis,  
ut qua sequuntur عَجِيفَةٌ ] عَجِيفٌ ab عَجَانٌ  
macer, خَضْرَاءٌ ] خَضْرٌ ab خَضْرٌ viridis, ]  
أُخْرَى ] أُخْرٌ ab أُخْرٌ alius, alia. Efferuntur  
autem hec Adjectiva Pluraliter, quia Substantiva  
eorum Pluralia sana sunt.

aridas ] hic in يَابِسَاتٌ quadam exemplaria  
versum finiunt, & rhythmū constituunt, licet claudū:  
alia, qua sequuntur usque ad قالوا, versu hoc qua-  
dragesimo tertio comprehendunt; centesimum autem  
finiunt post آمين, ex reliquo ejus constituentes cen-  
tesimum primum, ut idem sit versuum numerus:  
quam distinctionem nec ego improbo, & sequutus est  
vetus Interpres.

44 nobiliores ] مَلَائِكَةٌ coetum & cōgregatio-  
nem significat; item primores, seu nobiliores po-  
puli, qua posterior notio omnino huic loco videtur con-  
venientior.

45 cōfusiones ] ضَغْبٌ est intricare, miscere, &  
miscendo confundere, unde اضغاث احلام sunt  
confusa & intricata somnia qua difficile est ex-  
plicare.

وَأَنَّ كَرًا

اضغاث احلام  
confusa somnia

facere: mori: occidere: hoc autem loco proculdubio  
quarta significationis est, absolvere, expedire, de-  
finire. Expeditum est negotium, &c.

consuluitis] افتي و فتى significant docere,  
erudire, unde استفتي, est consulere, expo sitio-  
nem alicujus rei petere.

42 recordationem] hac vetus translatio ad Io-  
sephum refert, ac si propterea in carcere mansisse dica-  
tur, quod oblitus fuerit Dei mentionem facere. Ego  
malim ذكر active sumere, و رب ad regem refer-  
re, ut de pincerna sit sermo, recordationem domi-  
ni sui, id est recordari vel meminisse ejus apud  
dominum suum: quod tamen non negaverim duri-  
usculum esse.

فانساء الشيطان

ذكر ربه .

دعواته

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

والتعبد له

aliquot] Apertius vocabulū non habui quo exprime-

بضع quod numerum significat majorem tri-

bus, & minorem decem: est autem Femininum, و

Masculinum habet بضعة, more Nominum numera-

componitur و cum عشر, sed non cum majori

numero. Quidam scribunt etiam بضع cum Fatha.

Isdem constat literis quibus بعض quidam, pars,  
aliquot.

annos] سنون Plurale est sanum, Femininum, sub  
terminatione Masculina, à Singulari سنة, mutat.



totus erit Alcoranus nisi scopæ dissolutæ : itaque ut  
historia cohereant, rhythmi causa infarcita non pauca  
sunt rescindenda.

39 socij] Nomen duale est, Accusativi Casus, cujus  
Nun casuale ob constructionem excidit. Habet autem

ي pro Gjezme Kesram, quia sequitur Articulus: itaque

absolutum est صَاحِبِي à Sing. صَاحِبٌ cujus Plu-  
rale est اَصْحَابٌ :

meliores] ad verbum bonum. An Dij diversi  
bonū quid sunt, an vero unus Deus omnipotens?

unus] vel unicus : est enim وَاحِدٌ propriè unus  
solus, ut أَحَدٌ unus, hinc وَحْدٌ est solitudo, وَحْدٌ  
وَاحِدٌ وَحْدٌ solus.

40 præter eum] دُونَ propriè est infra, contrarium  
voci فَوْق, quomodo & hic sumi potest : verum cum  
& pro exceptiva Particula sumatur ; neque posterior  
hæc notio displicet. مِنْ redundans est ut supra.

judicium] sic malo hoc loco vertere, quam sapien-  
tiam, ut supra.

præcipit] vel præcepit, est enim Præteritum, &  
utroque modo veri potest.

41 definitum est] Verbum قَضَى multa significat,  
judicare : decernere : perducere : obsolvere :  
facere :



homines, *id est*, hac re Deus excellit supra nos, & reliquos homines, quod Deus sit, solusque adorandus : *et sic erit* *Articulus in الناس* *specificacionis* (sicuti supra fuit, in Singulari ejus) ut denotetur genus humanum. Magis tamen mihi arridet hoc loco gratiæ notio. Deus nobis & aliquot alijs hominibus hanc gratiam fecit ut nihil illi affociemus : *et ita الناس erit pro بعض الناس*, quidam homines. Scribitur autem *ناس* pro

*ناس* seu *ناس* ob frequentem usum : non desunt tamen viri eruditi qui malunt id singulare collectivum esse, uti sunt *انس* *et* *انس*.

Sed ] *in* initio redundat, ut cum *اما*, *et* alijs Particulis. Sic Latini usurpant etenim eadem omnino significacione qua enim, redundate et. Post *Fatha* littera *ل* lateret quiescens, ut *et* post *و* vocis *و* *casuum* ejus, itaque Medde adscribendum est, vel *Fatha* perpendiculariter pingendum : verum, compendij causa, in hisce alijsque usitatoribus vocibus, utrumque non raro negligitur.

sunt grati ] *شكر* est gratum esse ; gratias agere ; *et* laudare. Hic absolute positum primam omnino significacionem videtur habere. Est hoc proculdubio rhythmici causa adjectum : solet enim ejus gratia insulsus Poeta hanc similesque alias sententias passim operi suo inserere, quarum ratio si habeatur, nihil

sectam ] Est ملة religio, secta, ut دين. Verbum  
significat nominare.

non credunt ] Notissimum jam est, Futurum pro  
Participio passim usurpato, id est, non credentium.

ultimum ] Id proprie significat آخر est enim

Fam. ab آخر ultimus: specialiter autem sumitur pro  
اليوم الاخر die ultimo, seu die iudicij, quo Deus,  
vivos & mortuos est iudicaturus, qui dies multa  
apud illos habet nomina, de quibus nos alibi.

38 Patrum meorum ] Affixi delitescit in  
Kefre, quia aliud ي precedit, ex Hamze natum.

Non fuit nobis ut associaremus ] Id est non  
associavimus. Frequens modus loquendi, cuius  
Verbum substantivum, quia Prateritum est, se-  
quenti Verbo Prateriti significationem inducit: unde  
in Futuro, non erit nobis ut associemus, est non  
associabimus. Associare autem aliquid Deo,  
est Deo socium dare, & plures Deos constituere,  
atque colere.

de ulla re ] vel de re, id est rem ullam, من est  
pleonasticum, ut passim alibi. Sic non est mihi de  
pecunia, significat non est mihi ulla pecunia, in  
Nominativo: pleonasmus enim ille quemlibet admit-  
tit Casum.

gratia ] hac significatione passim est obvium voca-  
bulum, alioqui & excellentiam seu eminentiam  
denotat, qua notio haud male quoque dicatur huic loco  
congruere, Hæc est excellentia Dei super nos &  
homines,

ut *أُرِيدُ أَنْ أَكْتُبَ* cupio scribere. *Plura exempla habes versu sequenti.*

36 *أَصْعَقَ طَبِيرٌ* est quidem Singulare habens Plurale *طَبِيرٌ*: verum interdum collectivè sumitur, uti

*hoc loco, qua de causa, more aliorum Pluralium, Verbum ante se habet Singulare, Genere discrepans.*

videmus te ] *فَعِيلٌ* esse. Videmus te esse hominem probum & pium, credimusque tibi tuique similibus à Deo obscuriora quæque præfagia & negotia declarari.

37 *أَعْطَى* ] *مَرْقٌ* est largiri aliquid quo vitam sustentem, & in Passivo aliquid tale accipere, habetque eandem constructionem in utraque Conjug.

quam *أَعْطَى* dedit, id est in Activo cum gemino Accusativo, in Passivo cum uno tantum, rei nempe datæ, construitur, sicuti hoc loco est manifestum.

antequam ] *أَنْ* *قَبْلَ أَنْ* est antequam, ita ut *أَنْ* propria significatione qua ut significat amissa, aly vovula inserviat: retinet tamen vim suam qua in sequens Futurum influit.

Istud ] non est hoc cum precedenti Verbo connectendum, Donec veniat vobis istud, adscribitur enim hic in codicibus manu exaratis distinctionis nota, quæ sententiam novam inchoari indicat. Vox *إِنْ* ante est explicata.

Q

secundam

33 inclinabo] *Thema est* يَضْبُو صَبَا inclinare, propendere, proclivem esse, ad rem propriè inutilem, indecoram, aut inhonestam unde

صِيغِي puer. و excidit per Apocopen inductam ab إن latente in إلا, quod influit quoque in تَصْرِفِ

أَكْنِ

34 exaudivit] جاوب و اجاب significans respondere; و استجاب exaudire. *Construitur cum* و, و interdum cum Accusativo.

audiens, sciens] *Ad: est* Articulus. Ille est Deus audiens & sciens, sunt enim hac duo epitheta الله de quo supra.

35 visum est] بَدَا est apparuit, manifestus fuit, و Impersonale visum fuit: at بَدَا est incepit.

viderunt signa] *id est* postquam ex certis indicijs & signis sibi visi sunt colligere Iosephum fortassis culpa non vacare. و vocis رَأَوْا *Damma* habes ob sequens: \ unionis.

incarcerare eum] *Futurum plurale est cum* و paragogico و و pleonastico rectum à بَدَا. *Duorum enim Verborum se mutuo regentium posterius apud Arabes Futuri est temporis, premissio vel omisso* أَنْ

ad duos, vel duas دَاكُمَا & دَلِيكُمَا, (quod habes  
 versu 37) ad multos دَاكُم & دَلِيكُم, ad multas  
 تَا دَاكُنَّ & دَلِيكُنَّ. Eadem est ratio Feminini  
 hæc, & Dualium utriusque: sed Plurale مَيَّ أَوْ لَيْمَيَّ  
 perpetuo invariatur retinet. Consule de hisce The-  
 saurum nostrum Grammaticum.

reprehendistis ] Thema vocis est لَامَ reprehende-  
 dere, culpare: construitur cum Accusativo Persona;  
 & Genitivo rei, communiter quidem pramisso عِلَّةً,  
 interdum tamen فِي, ut hoc loco. Verti propter  
 cum, id est propterea quod concubitum ejus petij.  
 recusavit ] Thema عَصَمَ est custodire, & pro-  
 hibere, in decima autem Conjug. recusare.

fecerit ] Futurum à مَ in Præteritum versum est.

& hoc à مَيَّ in Futurum Subjunctivi.

et erit ] Observa Nun paragogicum Futuri per Vo-  
calis Nunnationem expressum, pro لَيَّ كُونُ: est enim  
 hujus vocis Nun leve, ut precedentis grave: utrumq;  
 ] pleonasticum adducit, ut supra docui.

contemptis ] صَغُرَ est parvum esse; item vi-  
 lem, & contemptum.

وَيَكُونُ  
 مِنَ الصَّغِيرِ  
 لَيَّ كُونُ  
 سَلْبٌ

حَاشِي لَيْكُ *absit à te. Ita* حَاشِي لَكَ *& حَاشَاكَ*  
*est absit à Deo, ut hoc, aut illud scilicet permittat,*  
*idemque valet, secundum Doctissimos Auctores quod*  
مَعَادَ آلَلَيْ *supra explicatum. Observa autem*  
ي *finale ejus, in hac formûla, ob frequentem usum,*  
*compendij causa, non raro excidere, sicuti fit hoc loco.*

homo] بِشَرَا *Accusativi terminationem habet à*  
*præmissi مَا significante idem quod لَيْس non est,*  
*qua de re vide Commentarium nostrum in Gjarumiam.*

angelus:] Tradunt Doctissimi Arabes thema vocis  
esse أَلَيْكُ, quod usitate significat idem quod أَمْرَلُ  
mittere, atque hinc fieri مَالَيْكُ, & literarum me-  
tathesi مَلَائِكُ passim obvium (Hebraum מַלְאָכִים) à  
quo, excidit, ob frequentem usum, fit hoc مَلَيْكُ  
verum ab illo, non ab hoc, formantur Pluralia  
مَلَائِكَةٌ & مَلَائِكِي.

32 iste est] seu ille est. هُوَ est hic, à quo fit  
أَيْسْتِ iste, & هَيْسْتِ ille. In utroque autem هُ illud  
finale Affixum secunda Persona est, ad quam sermo  
dirigitur: unde pro Generis & Numeri diversitate  
variatur, diciturque ad feminam هَيْسْتِ & هَيْسْتِي,  
ad duos,

sciderunt] Est enim **قَطَعَ** & **قَطَع** non tantum  
 amputare, abscindere; sed & scindendo vulne-  
 rare: quæ posterior significatio omnino huic loco videtur  
 applicanda: cum nimis absurdum esse constet, nemoque  
 facile crediturus sit, mulieres illas, viso Iosepho, manus  
 sibi amputasse: scindendo autem vulnerasse, haud  
 usque adeo ineptum videatur, nec difficulter persuadea-  
 tur ijs, quibus manus & brachij vulneratione vehe-  
 mentem erga aliquem amorem tellari in more est po-  
 situm: sicuti non olim tantum fuit, sed & hodie est  
Arabibus, Persis, & alijs Orientis populis.

manus suas] **أَيْدِي**, & sine Nunnatione **أَيْدِي**,  
 non Duale, sed Plurale est, forme **أَنْصُرُ**. Nam **ي**  
 finale post Damma, ne ipsum mutetur, ubique  
 illud mutat in Kesre, vocalem sibi homogene-  
 am: quod diligenter est observandum. Singulare  
 pro **يَدِي** est **يَدٌ** abjecta ultima radicali, ob fre-  
 quentem usum, sicuti & in alijs fieri supra meminimus.

Ab sit per Deum] ut scil. mulierem illam ac-  
 cusemus, cum talis sit hic juvenis ut angelo simi-  
 lior videatur quàm homini, & merito quæ vident  
 cum mulieres amore ejus capiantur. **حَاشِي**

exceptionis, & aversionis est vocula: cujus quæ leges  
 sint cum excipit, habes in **الجر وميمية**, nostrisq; in eam  
 commentarijs. Cum autem avertit, uti hoc loco, modò  
 cum Accusativo, modò cum Dativo construitur; ut



cor obvolvitur, atque hinc facto Verbo dicuntur

شَغَفَهُ الْحُبُّ quasi dicas, pericardavit eum amor, id est, pericardium ejus ingressus est amor; captus est amore: sed personæ attributum cum Accusativo amoris, nisi hoc sit loco, transitivum est, sui amorem dare, corripere amore, unde شَغَفَهَا حُبًّا est ille corripuit eam amore. Ea amore illius capta est. Amor illius in cor ejus ingressus est.

31 [مُتَّكَأً] Radix non وَكِي est, sed وَكَا unde in 8 Conjug. اِتَّكَأَ est inniti, recumbere; accumbere: à quo مُتَّكَأً accubitus; & convivium malunt tamen plerique Interpretes valere simpliciter hoc loco idem quod مَجْلِسٌ sedem, locum ubi sederunt, quod mihi quoque non displicet.

dixit] scil. Iosepho, is enim adhuc in adibus illius erat. Ultima litera pro Gjezm Kesre habet, quia sequitur Elif unionis.

magnificarunt eum] locus ita clarus & perspicuus, ut satis mirari nequeam veteris interpretis lapsus, qui hæc vertit & menstruatæ sunt, cujus quidem significationis nullum prorsus apparet vestigium.

ut viderunt] vel cum viderent: لَأَنٍ enim non tantum Præteritum, seu postquam, sed passim quoque Præsens, seu cum significat.

sciderunt]

Dolo vestro] *scilicet mulieres: nam Affixum  
femininum est.*

29 Iosephe] *supple*, dixit Dominus ejus.  
recede ab hoc] *scilicet loco, id est hinc: ustra-  
rissima phrasis, ut apud Hebræos יָצָא: Iubet Dominus  
Iosephum discedere, ne quibus verbis uxorem suam est  
objurgaturus, intelligat.*

Et veniam pete] *tu mulier: Verbum enim  
Femininum est, ut & que sequuntur. Convertit se à  
Iosepho, quem discedere iusserat, ad uxorem.*

de peccantibus] *Hoc Masculinum est, videturque*

potius dicendum الخاطيَات: *sed cum hoc pleo-  
nastico Genus adeo rigide non observatur, & Mascu-  
linum Plurale pro Feminino non raro usurpatur: unde*

أَنَا مِنَ الْمَسِيحَاتِ, *mulier non tantum bene dicat*

sed أَنَا مِنَ الْمَسْلُوبِينَ & ego sum de credentibus,  
*id est credens.*

30 dixerunt] *Verbum singulare Masculinum est.  
Plurale fractum eleganter Verbum Singulare ante se  
habet etiam Genere discrepans.*

نِسْوَانٍ] *hoc, ut نِسَاءٌ & نِسْوَةٌ, Plurale est ab  
alieno singulari امْرَأَةٌ.*

civitate] *illa scilicet: adest enim Articulus.*

corripuit eam] *Iosephus, nam Verbum est Ma-*

شَغَافٍ

sculinum: شَغَافٌ est τενάγον, membrana qua

ad ] *ad, apud.* **عِنْدَ** & **لَدُنْ** idem est quod **لَدَا**  
 dixit ] illa, nam Verbum Fæmininum est.  
 quæ ] *proprie quid ? quid retributio ei qui, vel*  
*cjus qui ? id est quæ pœna erit ei qui, &c.*  
 familia ] *hoc proprie est أَهْلٌ, quamvis & passim*  
*pro populo usurpetur.*

26 testatus est testis ] **شَهِدَ** est præsentem esse :  
 testari ; dicere, narrare : itaque commodè vertantur  
 verba, dixit quidam qui præsens erat de familia  
 ejus, scil. mulieris nam Affixum Fæmininum est.

si sit lacerata ] *ad verbum si est lacerata est ; sed*  
*Verbum كَانَ servile passim est, & hoc, alijsq. modis,*  
*Verbis alijs apponitur. Videtur tamen hoc loco vocula*  
*ان* *in* *servire ; sicuti videre est in præstantissimo illo*  
*pentateucho Arabico, quod brevi edituri sumus*  
**قَدْ** *Pr. eterit.* **إِنْ** *perpetuo usurpari.* **إِنْ كَانَ**  
*Passivum est pro قُدَّ.*

illa dicit verum ] *Observe præfixum ف, uti &*  
*versu sequenti in illa mentitur : egregiam enim*  
*quandam inducit emphasim, hanc orationis partem*  
*cum præcedenti connectens, uti in simili loquutione*  
*apud Belgas vocula soo.*

28 vidit tunicam laceratam ] *Ad verbū lacerata*  
*erat : itaque ante تَبَصَّرَ ellipsis est vocula ان* *quod.*

Vtique hoc ] *Affixū pro demonstrativo, ut & alibi.*  
 Dolo

di sturus fuisset Deus, á quo tam magnis affectus fuerat beneficiis, & tam insigni donatus hospitio: & metúisset fore ne improbus factus omni felicitate privaretur.

malum ] *id est* peccatum و *سوء* est malum, á

Verbo *سَاءَ* و *ي* و *ي* quiescentes ante Elif regulariter Medde habent. Quod notas ut *ع* Elif finale post و *ي* vocali destitutas per *ء* pingi: unde *ع* و *شيء* scribitur pro *شياء*.

25 præcurrerunt] *versu 17 idem Verbum significavit* procedere: *est autem generaliter* anteriorem esse *vel fieri*, *ع* antevertere, *ع* studere antevertere: *hic studere antevertere contendendo ad, unde ع* cum Accusativo *construitur*. Alter alteram studuit antevertere, contendendo ad portam. *Fingit enim Impostor eam quoque fugasse se dedisse, ut prior egressa domo vim se illius effugisse hominibus persuaderet, cumque antevertere eum non posset, vestem ejus à tergo lacerasse.*

a tergo] *دبره* est finis, *ع* dorsum, pars posterior, ut *قبل*, quod post occurret, anterior.

occurrerunt] *التقي* و *التقي* تلاقي *لتي* *idem valent* *ع* obviam venire *significant.*

Domino ejus] *scil. mulieris: nam a fixum* *fæmininum est. Dominus pro marito, ut ع* in alijs *linguis.*

Verbo هَمَّ quod significat triftari; & follicitum esse:

unde أَهَمَّنِي الْأَمْرُ follicitum me habet ea res.

At cum ب constructum est velle, cupere. Illa voluit eum, id est, concubitum eius; & is quoque voluisset eam, id est, non recusasset concubitum illius, nisi &c.

Atque ] قَدْ & cum لَ قَدْ ante Prateritum interdum vacans, interdum significant nunc, jam nunc, interdum restringunt illud ad Prateritum, cum alicui pro Præsenti, aut Futuro non raro usurpetur; interdum & pro Latino Itaque venit, quæ significatio hujus videtur esse loci; si non est; vacat.

& voluisset ] scil. ille, Iosephus: nam هَمَّ Masculinum est. Verto autem voluisset, per Prateritum Optativi, propter لَ quod sequitur: id enim licet postponatur in hanc tamen vocem insluit. Ille autem nisi causam domini sui considerasset, voluisset eam quoque. In duo enim Praterita لَ influere solet, sicuti docetur in Grammaticis.

si non ] كُنْ لَا hic vocat post أَنْ, ut alibi.

causam ] بَرَهَانَ est probare, demonstrare;

causam agere, unde بَرَهَانَ, demonstratio; causa.

Nisi vidisset causam domini sui, id est nisi considerasset causam Dei sui, seu quid adversus eum dicturus

سُبْحَانَ اللَّهِ ad laudem Dei, *supple fit, vel ne*  
*fit hoc, vel illud, velit aut nolit Deus hoc, vel*  
*illud fieri ad suam laudem, pro ratione constructio-*  
*nis: usurpatur tamen etiam hoc pro admirationis for-*  
*mula bone Deus! Ponuntur autem in hujusmodi lo-*  
*quutionibus Nomina illa in Accusativo & quod per*  
*emphaticam illam averfionem, optationem, vel admi-*  
*rationem quodammodo Adverbiascant. Dicitur quoq;*

مَعَادَ اللَّهِ nec non مَعَادَ وَجْهِ اللَّهِ eadem signi-  
ficatione.

bonam fecit] *Elliptica loquutio pro qui bonam*  
*fecit, vel & bonam fecit.*

mansionem meam] *supra explicatum est*

مَتْوًى, *cujus ي in<sup>1</sup> quiescens versam est, propter*  
*sequens affixū ي quod regulariter Phathā habet, quia*  
*præcedit litera quiescens, sicuti in Grammaticis doce-*  
*tur. In eleganti illo Psalterio non ita pridem Romæ*  
*à Doctissimis viris Ioanne Hefronita, & Gabriele*  
*Sionita, auspicijs Nobilissimi viri Domini de Breves*  
*edito, ي affixum post literas quiescentes vocali desti-*  
*tuitur, & Gjeram possidet: sed, aut ego vehementer*  
*fallor, contra Grammaticorum omnium & textus Alco-*  
*ranici auctoritatem.*

prosperantur] فَالْحِج est secare; arare: & pro-  
sperare, salvare, servare: *in quarta autem Conjugatione*  
*prosperari, servari.*

24 voluit] *scil. illa, est enim هَتْمَةٌ Femininum à*  
*Verbo*

Agetibi] *vel* age veni tibi هَبْتُ *pro quo codices*  
*quidam habent هَبْتُ vel هَبْتِ* vocula est idē signi-  
 ficans quod هَلُمَّ age *vel* citò veni *aut* venite, *utri-*  
*usque enim Generis sunt & Numeri.* لَكَ *adjectum*  
*omnino redundat, sed usitate tamen: sic dicitur quoq;*  
 اِجْعَلْ لَكَ اَنْعَامًا *age veni tibi, pro age veni: si autem du-*  
*aliter, vel Pluraliter usurpentur, Affixum duale sit vel*  
*plurale ب.* *Ceterum & hac modesta loquutio est age*  
*veni scil. ad me, pro concumbe mecum: Sic &*  
*Hebraei וָבֵנִי venire pro rem habere usurpant.*

protectio Dei] اِسْتَعَاذَ بِعَادٍ *idem signifi-*  
*cant quod لَجَا confugere: construuntur autē cum ب,*  
*ut اَعُوذُ بِقُلَانٍ id est اِلَى فُلَانٍ cōfugio ad*  
*aliquem. Sic dicunt اَعُوذُ بِاللّٰهِ مِنْ كَذَا con-*  
*fugio ad Deum ab hoc, aut illo, id est protegat*  
*me Deus ab hoc, aut illo, absit a me hoc, aut il-*  
*lud: pro quo compendiose dicunt, posito Nomine Ver-*  
*bali, seu Infinitivo pro Futuro, & omisso ب.* مَعَاذَ  
 اللّٰهِ *absit, avertat Deus, quasi dicas refugium*  
*Dei, seu ad Deum, ut sit elliptica loquutio, pro capio*  
*refugium ad Deum: sic passim quoque occurrit*  
 مَعَاذَ

de explicatione] *id est* explicationem, Arabif-  
mus jam supra explicatus.

Deus est victor, &c.] *Elegans sententia, & fre-*  
*quentis apud illos usus, significans, Deum id quod apud*  
*se constituit facile exequi, nec quo minus exequatur à*  
*quoquam impediri posse. Caterum* أمر *quoque signi-*  
*ficat mandatum, sed quæ significatio minus hoc loco*  
*videtur conveniens.*

plurimi hominum] *proprie plurimum homi-*  
*num, اكثر est Comparativus à كثير* multus,  
*sed passim accipitur pro majori parte.*

22 robur suum] شد *est intendere, roborare, hinc*  
*أشد* *est virtus, robur; Attingere robur suum est*  
*adolescere: hinc solum بلغ attingere, pervenire*  
*absolute etiã usurpatur pro pubescere, & adolescere.*

sapientiam] حكم *plerumque judicium signifi-*  
*cat, & حكمة* sapientiam, *sed illud pro hoc interdum*  
*usurpatum reperitur: thema est judicare, & sapere.*

23 petijt eum] أراد, أراد, أراد *significant vel-*  
*le, & petere: petijt eum ab anima ejus, id est petijt*  
*eum ab ipso: nam نفس animam pro nostro ipso*  
*usurpari jam notissimum est: itaque modesta loquutio*  
*est petere aliquem ab ipso pro petere ab aliquo*  
*concupitum ejus.*



eam, fortassis exibo, nam per fortassis vis ejus non  
malè quoque exprimitur.

sumamus cum ] **أَتَّخَذَ** ut & **أَخَذَ** est  
sumere, assumere: assumere autem puerum, vel  
in puerum, est adoptare filium: nam **وَلَدٌ** puer pro ~~ولد~~ *pro famulo*

**ابْنٌ** filio, & **خَادِمٌ** famulo passim usurpatur: hinc  
proculdubio est Gallorum valet famulus. Quod mi-  
rum videri non debet, cum non Hispaniam tantum  
Arabes, sed & bonam Gallia & Italiae partem olim  
tenuerint. Hinc ab ijs quoque profecta sunt Mescuin,  
magazin, pluresque aliae voces, de quibus vide Com-  
mentarium nostrum in linguam Arabicam.

stabilivimus ] vel potestatem dedimus, utram-  
que enim illam significationem habet **مَكَّنَ**: posterior  
tamen huic loco magis videtur congruere, ob constru-  
ctionem ejus cum **س**; alioqui prior non ineptum quoque  
reddit sensum: stabilivimus ei, id est stabilem ei  
mansionem dedimus.

in terra ] **أَدَّ** est Articulus, unde & non malè  
vertatur in illa terra, id est in Aegypto: nisi malis  
**الأرض** pro orbe terrarum sumere.

docuimus ] **عَلَّمَ** enim est scire, **عَلَّمَ** docere. **و**  
autem prefixum Futuro cum Kesre, & mutationem ul-  
time vocalis inducens, ut communiter significat; ve-  
rum interdum inservit conversioni ejus in Prateri-  
tium, uti hoc, versu 24 in **لِنَصْرِفَ**, & alibi.

de expli-

*Ille enim ex viuis  
edidit et Geulobanus  
Podellus, et Comiti  
Palatino tradidit, et  
ex eo plurimum dignis  
et de rebus Arabiis  
et de rebus Persicis  
et de rebus Indicis  
et de rebus Sincis  
et de rebus Aethiopicis  
et de rebus Aegyptiacis  
et de rebus Libyicis  
et de rebus Arabicis  
et de rebus Persicis  
et de rebus Indicis  
et de rebus Sincis  
et de rebus Aethiopicis  
et de rebus Aegyptiacis  
et de rebus Libyicis  
et de rebus Arabicis*

vide, si lubet, *Geographorum principem Ismaelem  
Abulsedam, & Geographum Nubiensem, quos duos  
nobilissimos scriptores, diu multumque à viris erudi-  
tis desideratos, Arabicè, & Latinè quoque splendide  
breui in lucem edituri sumus.*

mulieri suæ] *id est uxori* لزوجته.

honora] *vel magni fac, utrumq; enim significat*  
Verbum أَكْرَمَ

habitationem] *est* مَثْوًى *domicilium, habi-  
taculum, à* ثَوًى *manere, habitare: hoc tamen loco  
videtur pro* ثَوًى *vel* مَثْوًى *id est habitatione sumi,  
ut sit Infinitivus seu verbale forme* مَنَصَّرٌ.

fieri poterit] *عَسَى* *Verbū est in Præterito quidem  
tantum usitatum, sed Futuri ibidem quoque significa-  
tionem habens. Constituitur fere semper cum Futuro,  
præmisso* أُنْ *quod tamen interdum suppressitur: &  
denotat spem, atque per fieri potest, potuit, vel po-  
terit non inconvenienter plerumque redditur. Con-  
jugatur autem ut* مَرَمًى *verum media radicalis loco*

*Phatha Kesra interdum habet: ut* عَسَيْتَ أَنْ أُخْرَجَ *fieri potest, vel poterit ut ex-*

est loci. Est autem <sup>قمر</sup> Genitivus, rectus à <sup>في</sup> quod  
precessit in <sup>بتمن</sup>. Pluralia quadriliterorum con-  
stat plerumque esse diptota, ideoque hoc terminatur  
Phatha, neque Nun habet, ut quod apponitur ci Adje-  
ctivum.

numeratis] ilico scilicet, id est presentibus.

Et fuerunt] scilicet qui eum inventum vendi-  
derunt viatores: non enim cum à fratribus suis, sed à  
viatoribus venditum fuisse putavit Impostor, memoria  
eum deficiente: quod & alibi passim contingit, unde &  
plurimus seculis distinctas historias interdum confundit.  
ex averfantibus] من pleonasticum, id est aver-

santes. Est <sup>ترهد</sup> vel <sup>ترهد</sup>, utrumque enim dicitur,  
contrarium <sup>مرغب</sup>, id est averfari, nolle habere  
vel possidere. Constructur interdum cum <sup>في</sup>, ut  
hoc loco, interdum cum <sup>عن</sup>. Averfati autem fuisse  
dici possunt eum, vel quod extraneus fuerit, vel quod  
pastor, vel alijs de causis.

12 ex Aegypto] id est <sup>مصري</sup> Aegyptius, vel  
Memphiticus, est enim <sup>مصر</sup> Aegyptus, nec non  
primaria Aegypti urbs <sup>منف</sup> olim dicta, jam  
mille abhinc annis à Sarracenis destructa, in cujus lo-  
cum deinde successit <sup>فسطاط</sup>, nunc <sup>الكاهرة</sup>  
Alcahira quam Alcairum vulgo nominant: de hisce  
vide,

منف  
quoniam hinc per  
se non successit  
الكاهرة  
منف

ô evangelium ] **بَا** non vocandi hic, sed admirationis, aut exclamationis est particula.

evangelium ] **بَشْرَ** est lati aliquid annuntiare, unde evangelium dicitur **بَشَارَةٌ** & **بَشْرِي** cum **ي** faminino, qua de causa & sine Nun vocali scribitur, & diptotum est.

hic puer] id est hic, quem in puteo video, est puer, vel hoc quod hic video est puer: nam **هَذَا** non Adverbium, sed Pronomen est, potestque significare hoc vel hic.

reservarunt eum ] **أَسْرَ** Verbum quarta Conjugationis est abscondere, absconditum & secretum servare. Reservarunt eum in summam, id est, secreto eum habuerunt, summâ aliqua pecuniæ eum vendituri. **بِضَاعَةٌ** est summa principalis quæ foenori exponitur.

id quod] propriè in eo quod, quia adjectivum **عَلَيْهِ** Verbi sui, quod cū **ب** cõstruitur, syntaxin servat.

20 vili] vel exiguo, est **فَخْسٌ** exiguus, paucus, & justo minor, unde Verbum est fraudare.

nummis ] **دِينَارٌ** seu **دِينَارٌ** est drachma, pondus 42 granorum, item ejus ponderis nummus, statet; de quo vide notas nostras in Historiam Sarra-  
cenicam brevi prodituram: & generaliter nummus cujuscunque ponderis & valoris, qua notio hujus

○

est loci.

autem, uti & alibi في usurpatur : صَبْرٌ est patientia, at صَبْرٌ aloë.

vocatus ] seu est qui vocatur : id est, ego Dei auxilium imploro, ut in hac mea, quam narratis, calamitate, opem mihi ferat, meque consoletur. Sementia hac Muhammedanis frequenter in ore est.

إِسْتَعَانَ est auxilium alicujus implorare : unde prima Surata, statim initio Alcorani est, أَيَّاكَ نَعْبُدُ,

وَأَيَّاكَ نَسْتَعِينُ te colimus, & tuam opem imploramus, quæ verba Guljelmus Postellus malè vertit. Ô vos omnes illi serviamus, certe adjuvabimur: thema est عَانَ, unde عَرُونَ auxilium.

viatores] supple quidam : nullus enim adest Artificulus, agmen quoddam iter facientium.

adaquatores] وَرَدٌ est accedere, venire, item adaquare animalia, unde وَارِدٌ est adaquator qui animalibus dat potum, qualem singula viatorum agmina, seu Caruana, ut Turca vocant, habere solent, qui, cum ad aquas ventum est, potum camelis haurit.

أَدْنَى] Verbum quartæ Conjugationis ادنا, significans haurire, & inter hauriendum urnam demittere, vel attrahere, unde & Accusativum ejus regit; hinc دَنَى situla, urna qua hauritur aqua.

ô Euan-

17 in credente] *id est credens, cum & pleonastico.*  
*Arabismus est passim obvius.*

ctfi] *وَلَنْ idem hic valet quod قَرَانٌ, alioqui sonet etiam si essemus, quod hic non convenit.*

18 venerunt cum sanguine] *hoc est, apportarunt sanguinem in tunicam, id est, tinxerunt sanguine tunicam, vel potius subuculam, quam & vulgo camisiam vocant, Galli chemise: nam secundum Arabes hoc proprie est قَمِيْسٌ. Saadias & alter Pentateuchi interpres טוּנִיקָה vertunt توليئة melius proculdubio.*

quin] *قَلْبٌ est sed adversativa Conjunctio: item fortassis, qua significatio non male hujus dicatur esse loci: verum cum frequentissime sit abruptionis particula, qua sermonem alterius abrumpunt, diversum quid dicturi, non est mihi dubium quin haec ultima notio hic obtineat, & convenienter vertatur quin vel At, quo Iacob abrumpit eorum sermonem, post صَادَقْتُمُ: nam qua intercedunt de tunica, Historici verba sunt.*

*Alioqui & pro قَمِيْسٌ legitur, initio Surata 38, qua significatio etiam hoc loco haud inepta sit.*

ornarunt] *Tradunt unanimiter Arabes سَوَّلَ*

*esse idem quod تَرَبَّعَ ornavit; ornare autem illi aliquid animam, cui quod cupit & optat contingit.*

*negotium] seu rem, aliquid, ut Hebr. נַגְבָּה.*

*& patientia] vel At patientia, sive Patientia autem,*

revelavimus ei] *ad verbum* & revelavimus ad eum: *U* istud exigua quaedam *emphasin importat*, & *dependentiā significat* hujus orationis à *precedenti* (sicuti & *passim* ف *ut* فاحبك fac hoc & amabo te) nisi malis tale esse *U* quod *precessit* in واهجوا: *ita enim hoc simpliciter copulativum erit.* Postquam abduxerunt eum, unanimiter statuerunt conijcere, & nos revelavimus ei &c, *utrague sententia conveniens est, & sensus eodem redit, prior tamen preferenda mihi videtur.*

declarabis ijs] نَبَأٌ & نَبَأٌ *secundū Arabes idem* propriè valent quod أَخْبَرَ nuntiare, indicare, *unde*

نَبِيٌّ est nuntius Dei, qui mandata Dei hominibus annuntiat & declarat *Hoc loco Futurum est secunda Conjugationis, cum U* paragogico, *unde & J* pleonasticum prefixum est. *Construitur cum Accusativo persona & B* res, *ut hic est manifestum.* Futurum est ut aliquando ijs narres & in memoriam revoces hoc eorum facinus, licet id illi nunc non percipiant aut cognoscant. *Vide quam hac vetus interpretes imperite reddiderit, ad Iacobum omnia referens.*

16 ad patrem] *vel patrem, Verba veniendi cum nudo Accusativo plerumque construuntur.*

flentes] *ad verbum flent, Futurum passivum venit pro Participio, qua & una causarū est cur, more Nominis, Casuum diversitatē agnoscat, sic paulo post est abivimus procedimus, pro abivimus procedentes.*  
in cre-

& vos eum negligentes ] *id est*, vobis eum negligentibus. *Sic passim Ablativi absoluti Latinorum per Nominativum, premissa copula, exprimuntur.* Ego scribo & tu dormiens, *pro* Ego scribo te dormiente.

cum negligentes] *Arabice* ab eo, *nam* غفل *est* animum avertere, non attendere, negligere.

14 quod si ] *vocula composita ex* ان و

*Elif* mutatur in ي, quia movetur per Kesre, in medio dictionis. *Nam Particula inseparabiles alijs Particulis, non Verbis aut Nominibus, prefixa, in medium censentur collocare.* *Sic dicitur* ان اين an si?

ان ايذا an cum? لا ut non, &c.

ادا ] *est* responsionis & remunerationis *vocula*: interdum vertitur utique, nimirum, vicissim, *pro* natura orationis.

15 convenerunt ] *id est*, ut convenit inter eos, seu cum unanimiter statuissent: *est enim* اجع considerare, deliberare; & deliberando consentire, unanimi consensu statuere: *que significatio hic optimè congruit.* Prior locum habet in

illo *Alcorani* اجعوا امركم considerate seu perpendite negotium vestrum. *Construitur alibi etiam cum Prepositione* على.



structionem ejus cum علي. Thema est آمِن, unde in  
quarta Conjugatione fit آمِن credidit.

Et nos] اِن vacat, ut paulo post aliquoties, &  
passim alibi, in mimesi maxime persone: queat tamen  
& hic enim significare, etenim nos, &c.  
consulentes] vel admonitores: est enim نصح  
monere, admonere, consulere. Nos cum ad-  
monentes operam dabimus ne infortunium ali-  
quod, aut malum incurrat.

12 delectabitur] رَتَعَ est pasci vel pastus causa  
per pratum obambulare, & metaphoricè reficere  
se obambulando & discurrendo, ut pueri solent.  
Hinc ajunt idem esse رَتَعَ ورتع quod رتعم ورتعم  
reficiemur & delectabimur.

13 contristat me] حَزَنَ est tristem esse at حَزَنَ  
& أَحْزَنَ contristare. ُ prefixum est ob ُ  
antecedens, ut ante aliquoties.

quod] اَن est ut, اَن quod: sed illud pro hoc in-  
terdum usurpatur.

metuo ne] Arabicè metuo ut: nam ille loquendi  
modus Latinis est peculiaris.

lupus] ُ pro ُ radicali ponitur, quia præcedit  
Kefre. Convenis vox cum nostro diei quod furem  
& vos significat.

tamen quod hic habemus indifferenter per ت vel ة  
scribitur, licet omnia exemplaria hoc loco ت habeant.

cisternæ] vel putei, creditur enim جُب idem esse

quod بئر, alij ajunt profundum esse puteum, alij  
inexhaustum, ego malo cisternam hic significare.

Accipiet eum] اِنْتَقَا و لَقَطَا significat aliquid  
improvisum & minimè quæsitum invenire; &  
colligere, seu quidvis humi positum vel abje-  
ctum tollere: specialiter autem sæpe de acceptione  
pueri projecti & fortuna commissi, qui لَقِيطٌ  
inde vocatur, dicuntur: unde quod hic usurpatur  
Verbum convenientissimum esse apparet.

بعض] hoc non collectivè tantum, sed & singula-  
riter etiam interdum, uti hoc loco fit, accipi, jam  
alibi memini me docuisse.

viatorum] سَيَّارَةٌ Nomen est singulare, idem

significans quod قَافِلَةٌ, id est cœtum hominum  
una iter fatientium. Thema est سَارِ ire, proficisci.

si estis facientes] id, scilicet, quod dico: si ab-  
jeceritis eum in cisternam.

11 quid tibi, non credis,] id est, quid tibi est  
cur non concredas? quin concredis? تَأْمَنَّا

est contractum ex تَأْمَنَّا. Observa autem con-

per apocopen hic excidit, quia praeceffit Imperativus,  
qua de causa & sequens **تكونوا** abiecit. ٧

postea] **من** est pleonasticum, pro **بَعْدَ**. Affixa  
veniunt interdum loco Pronominum demonstrativorum:  
atque ita hoc sit pro **من بعد ذلك** post illud  
scil. tempus. Reduci tamen eodem quoque sensu po-  
test & ad Iosephum. Eritis post eum, id est, cum  
is è medio sublatus erit.

gens] Nota **قوم** quod gentem seu nationem  
significat, de paucis etiam dici; sic passim alibi accipi-  
tur pro aliquot homines, quidam. Collectivum  
cum sit, modo singulariter, modo, ut hic, pluraliter  
construitur. Accusativi autem Casus est ob praemissum  
Verbum substantivum.

١٥ dixit dicens] Phrasis Arabica passim obvia  
pro dixit quidam. Sic **ان قال قائل** si dixerit di-  
cens, id est, si quis dixerit.

ex ijs] vel de ijs: sic Latini dicunt multi de Ro-  
manis, id est multi Romanorum.

& conijcite eum] **و** et pro sed post negationem  
non raro usurpatur, etiam in Hebraea lingua. Thema  
Verbi est **لقي**.

fundum] **غِيَابِي** est fundus putei, cisternæ, &  
fluminis. Ponitur autem **ت** pro **ة** feminino, quod  
& in alijs quibusdam vocibus contingit, ijs maxime que  
ultimâ radicalem amittunt, ut **أخت** soror. **quin**

vulgus passim **ت** cum **ة** confundis, sed malè: hoc

*quoniam vulgus est non  
est confundit nos  
videtur MS. palermitanus  
In eo Inbruy nunc singularibus ramentum  
In MS. palermitano scriptum  
ت pro ة pronomen usurpat et subitum*

chariores] *proprie charior* حَبِيبٌ charus. *Com-*  
*parativum habet أَحَبُّ pro أَحَبُّ .*

complures] *Vocabulum aliud non habui quo ex-*

*Castus* *plurium quam decem* *pauciorum quam quadraginta* *quod coetū hominum* *significat plurium quam decem, & pauciorum*  
primerem Arabum عَصَبَةٌ, quod coetū hominum  
significat plurium quam decem, & pauciorum  
quam quadraginta. Itaque Benjaminum quoque  
comprehendunt alioqui decem tantum futuri. Vetus  
interpres vertit gentem immensam, male, ut ple-  
raque alia.

9 occidite] dixerunt, *scilicet*, alij ad alios, *vel*  
suggeffit ijs diabolus.

conijcite eum in terram] *scilicet* aliquam, *id est*  
regionem, *nullus enim adest* Articulus. طَرَحَ

*autem, & in Conjugatione octava* اِطْرَحَ, *secundum*  
*doctissimos interpretes, significant quoque longè*  
*amovere, quæ significatio huic loco optimè quadrat:*  
*longe cum amovete in aliquam regionem, id est*  
*in longinquam aliquam regionem cum remo-*  
*vete.*

conciabitur] خَلَا *cujus Futurum est* يَخْلُقُ  
*inter alia multa quoque significat amicum esse vel*  
*fieri. Amica fiet vobis facies patris vestri, id est,*  
*Eum vobis pater ostendet vultum, quem ami-*  
*cus solet amico, neque torvè, ut hactenus fecit,*  
*vos aspiciet. Hinc* خَلَا *amicitia. Ultima radicalis*

Elif quiescit, ut *أَشْتَرِبَهُ* versu 21, vel potius in Elif  
quiescens mutatur, ut *مَثْوَايَ* versu 23.

parentibus tuis] vel potius patribus tuis: est enim  
*أَبَوَيْنِ* Duale à Singul. *أَبٌ*, quod ponitur pro *أَبِي*,  
& regulariter habet in duali *أَبَوَانِ* & in Plurali  
*أَبَاءٌ*: quanquam invenias etiam *أَبَانِ*, & *أَبُونَ*.  
Parentes id est pater & mater dualiter nominantur  
*أَبَوَانِ*. Thema est *أَبَا* nutritiv, educavit, at *أَبِي*  
significat noluit.

sciens, sapiens] Plura Adjectiva uni Substantivo  
sine copulativa Conjunctione hic non raro apponuntur.  
At plura Substantiva si conjungantur, singulis, non  
ultimo tantum ut apud Latinos, copula praefigi solet.

Fuerunt] propriè fuit. Plurale irrationale, singu-  
lare eleganter ante se habet, genere fere discrepans.

*أَيَّاتٍ*] hoc supra explicatum fuit: à Sing. *أَيَّةٌ*,  
quod ponitur pro *أَيَّاتٍ*, ut hoc pro *أَوَيَّةٌ* juxta cano-  
nes notos.

interrogantibus] seu petentibus, id est habent  
qui signa volunt & exempla divine providentiæ,  
ea manifesta in historia Iosephi & fratrum ejus:  
verti quoque possit *أَيَّاتٍ* miracula: habent qui  
miracula volunt, &c. Verba sunt Auctoris Alcorani.  
chariores]

6 & sic] secundum visionem scilicet tuam.

eliget te] Conjugationis octava a themate جَبِي.

Dominus tuus] id est الله Deus: sic & in fine  
hujus versus, & passim alibi.

de explicatione] id est, explicationem, من  
est pleonasticum, ut passim alibi. Est autem تاويل

Infinitivus, seu Nomen Verbale ab اَوَّلَ exposuit,  
explicuit.

أَحَادِيثُ] Plurale est Singularis حَدِيثٌ idem

significantis quod خَبْرٌ id est narrationem, ratio-  
nem: formatum autem irregulariter est tanquam ab  
أَحَدُوَّةٌ. Docebit te explicationem narratio-  
num, scilicet, obscurarum, quales sunt somniorum.

يَتِمُّ] Thema est فَعَّ perfectus fuit, unde in

quarta Conjug. أَتَمَّ perfecit. Perficere gratiam  
suam super aliquo, est gratiosè, & benignè cum  
aliquo agere.

familia] Est أَلٌ familia, stirps; scribitur q̄ sic pro

أَوَّلَ à themate أَلٌ seu اَوَّلَ.

عَلَيْكَ] finale post Fatha quiescens in star Elif,  
cum Affixus diphthongescit, in Particulis: alibi ut  
Elif

ne narra & struent, pro ne narra  
ne struant, Arabismus est satis frequens. ف  
propriam hic significationem obtinet, indicatque rem  
mox sequenturam. Inluit autem in vocem cui pre-  
figitur, eique ن aufert, juxta doctrinam de particu-  
lis apocopen Futuro inducentibus, alioqui diceretur

يَكْدُون, Thema est كَانَ, significans idē quod  
مَكْرٌ dolum fecit, circumvenit, ad verbum itaq;  
circumvenient te circumveniēdo. Hic cum ن  
construitur, alibi cum Accusativo. Sumitur & pro bel-  
lum movere, quo modo & hic fortassis accipi queat,  
sed minus, ut opinor, convenienter.

Satanas] شَيْطَانٌ vox est origine proculdubio  
Hebraea, שָׂטָן, quod generaliter adversarium, & spe-  
cialiter diabolum infensissimum humani generis hostem,  
ut & hic dicitur, significat. Alioqui شَعَنَ Arabibus

est fune ligare, & شَطْنٌ funis, شَيْطَانٌ autem شَيْطَانٌ  
serpentis quoque est species quadam, ut & herba.

homini] id est humano generi, nam Articulus hic  
non certum individuum, sed speciem notat, ut passim  
alibi, unde & specificus appellatur. Thema vocis est  
انس societatem inivit vel coluit, quod homo pra-

caeteris animal sit sociabile: hinc أَلَيْسَ socius أَنْسٌ  
انس homines &c.

& sic

Futuris habemibus ¶ paragogicum, sicuti videre  
est hujus capituli versu 15 & 32; nec non Sub-  
jecto orationis vim aliunde non patiente, ut versu 8  
لِيُوسَفَ.

4 [أَبْتِ] vel أَبْتِ id est أَبِي us docetur in Grā-  
matica, sic أُمَّة vel أُمَّة mater mea.

adorantes] vel, honoris exhibendi gratia se  
incurvantes, hoc enim quoque est أَسْجَدَ & سَجَدَ.

s filiole mi] إِبْنِ filius, est pro بَنِي, us أَخْ pro  
أَخَوْنَ, أَبْ pro أَبْنِي, unde diminutivum ejus regulare  
est بِنْتِي, pro بَنَاتِي, juxta canonem de ي و  
è Grammatica notum. Dicitur autem بِنْتِي filiule mi,  
specialiter pro بَنَاتِي, us أَبْتِ pro أَبِي. Plurale di-  
minutivi est أَبْنَاءُ.

مَرَايَ] est visio, forma نَصْرِي à radice مَرَى  
pro ي finali est ا, quia aliud ي precessit.

fratribus] Plurale à Singulari أَخْ, quod est pro  
أَخْوَانِ: dicitur tamen, & أَخْوَانِ. In Duali أَخْوَانِ  
M 3 [فَبِكَيْدُوا]



eo quod] *vel in eo quod, id est, quia.*

revelavimus] *Est quidem* **أَوْحَى** *etiam scribere;*  
*sed cum* **إِلَى** *constructum, ut hoc loco, semper est re-*  
*velare, manifestare. Thema est* **وَحَى** *scribere, o-*  
*stendere.*

etsi] **وَإِنْ** *est interdum & si, interdum, ut hic,*  
*etsi, quamvis. Pulcherrimas in hoc Alcorano*  
*narramus tibi historias, licet antequam is tibi*  
*daretur negligens admodum fueris, neque de cultu*  
*nostro, aut salute tua magnopere sollicitus.*

ante eum] *Ad verbum, ab anteriori ejus.* **قَبْلُ**  
*cum de tempore dicitur plerumque* **مِنْ** *hinc*  
**مِنْ قَبْلُ** *antea, pro* **قَبْلًا** *alioqui & hic dicatur*  
**قَبْلَهُ** *ante eum.*

ex] **مِنْ** *cum* **لِ** *pleonastico; hoc enim, licet varius,*  
*prima voci Prædicati etiam affigitur, cum Subjectum*  
*habet ante se* **إِنْ** *sine* **تَسَدِيدٍ** *(nam cum* **إِنَّ** *id passim*  
*fieri satis constat) sic alibi ait Alcoranus, وَإِنْ*

**كَاثِرَةً** *etiam si fuerit magna. Præfigi-*  
*gitur autem præterea hoc* **لِ** *pleonasticum cum* **فَاثَا**  
*non tantum Præteritis Verborum post* **لَنْ** *si; sed &*  
*Futuris*

قرآن<sup>9</sup> fuisse vocatus, & nomen illud confirmatum de-  
 inde fuisse collectione Abubecri; qui & مَصْحَفٌ, seu  
 مِصْحَفٌ eum appellari voluit, ac si volumen scri-  
 ptorum cœlestium dicas: صُحُفٌ enim, si illus cre-  
 dimus, librum cœlitus missum significat: صَحِيفَةٌ  
 tamen, cujus صُحُفٌ, ex aliorum sententia, est Plu-  
 rale, scriptum quodvis denotare videtur, atque ita  
 مِصْحَفٌ erit volumen scripturæ, scilicet divina.

2 forte vos] scilicet Arabes. عَلٌّ & عَلٌّ signi-  
 fificant fortassis, & modo spem, ut hoc loco, modo me-  
 rum magis indicant.

3 nos] Deus loquitur, ut antea nos utique.  
 super te] id est, tibi, scilicet Arabum natio.  
 Sic versu quinto & passim alibi قِصَصٌ construitur cum  
 علي persona: hinc fit قِصَّةٌ narratio, historia, cujus  
 Plurale est قِصَصٌ, & irregulariter posito Fatha pro  
 Kefre قِصَصٌ, quod paulò post sequitur.

أَحْسَنٌ] est superlativus à حَسَنٌ bonus, &  
 pulcher. Pulcherrima, vel, pulcherrimum nar-  
 rationum, id est, pulcherrimas narrationes, seu,  
 historias.

إِنَّا] Compositum est ex **إِن** & **نَا** utique, certè  
vel etenim nos, per itque unum **ن**.

قرانا] Supra explicatum est: sed observa, ex  
ipforum Arabum sententia, non Alcoranum, tan-  
tum hoc nomine vocari, sed & legem, seu doctrinam  
quamvis calius datam: unde alibi Moses quoque

dicitur قرانا accepisse. Hoc tamen loco pro volumine  
legis Muhammedicæ procul omni dubio est accipi-  
endum. Licet enim illi dicant à collectione capitum  
librum ita esse dictum, adeoque, antequam ea collige-  
rentur, id nominis obtinere non potuisse videatur: &  
ipse tamen passim se hoc nomine vocat: undedubium  
mihi non est quin scheda ejus antequam in unum ab  
Abubecro compingerentur volumen, imò Muham-  
medi traderentur, illo nomine appellata fuerint.  
Dicunt enim totum Alcoranum una demissum esse

nocte, qua **لَيْلَةُ التَّنْزِيلِ** nox demissionis, &

**لَيْلَةُ الْقَدَمِ** nox potentia appellatur, & Surata  
97 mille dicitur prastare mensibus. Dicunt & partes  
ejus, diversis temporibus, alias Mecca, alias Medine  
Muhammedis fuisse traditas. Itaque, ni manifestam  
velint incurere contradicentiam, necesse habent di-  
cere, non simulatque demissus est, totum fuisse tradi-  
tum, sed prout res & negotia Muhammedis exigebant,  
nunc has, nunc illas ab angelo ei allatas esse particulas.  
Atq; ita non inconvenienter dicatur totus ille Thesau-  
rus epistolarum caelestium etiam antequam traderentur

قرآن

قرانا vorant  
Alcoranum  
in Epistolis  
supra  
dicitur  
Corinthios  
laudabilis  
Alman  
noxi  
gratia  
Civitas  
Columbie  
suaviter  
Dura  
autem gradum  
liber.

لَيْلَةُ التَّنْزِيلِ  
لَيْلَةُ الْقَدَمِ

Ea indicantur, plerorumq; judicio, hæc Dei cogno-  
 mina رحمن misericorator, رحيم misericors, مروف  
 mitis, رب dominus, رافع رافع largitor, رافع exal-  
 tator رقيب custos, و شهيد director: quæ omnia  
 ei convenire luculenter Historia Iosephi ostendit; re-  
 peritur eadem nota & tribus alijs locis, eadem pro-  
 culdubio significatione.

[تلك] Singulare Fæmininum pro Plurali Neutro,  
 ut passim alibi, refertur ad الر & reliquas voces my-  
 sticas quas certas ait esse notas Alcorani celestis, libri  
 ita clare & perspicue veram religionem explicantis, ut,  
 quemadmodum initio ejus, & passim alibi dicitur, nul-  
 lum in eo inveniatur dubium. Idem hæc initium est  
 Sura vicefima sexta, & vicefima octava, post notam  
 Mysticam طسم. At Sura vicefima septima post طس  
 clarius etiam ait تلك آيات القرآن وكتاب

مبين Iste sunt notæ Alcorani & libri perspicui:  
 تلك آيات, الر, ut Sura decimaquinta post  
 تلك آيات وقرآن وكتاب Iste sunt notæ libri & Co-  
 rani perspicui.

Verbum بان non in prima tantum, sed & quarta  
 ac decima Conjugatione modo transitivum est, modo  
 intransitivum, unde مبين est declarans, & clarus,  
 perspicuus, quæ posterior significatio est hujus loci.

[إننا]

M

de quarum significacione nihil certi sibi constare ipsi  
 proficiuntur Arabes: scientiam earum soli adscribentes  
 Deo: unde Abubecrus socer & successor Muhamme-  
 d's dixisse fertur, Deum in omnibus suis libris se-  
 creti aliquid sibi servavisse, idque in Alcorano  
 esse mystica illa capitum initia. Conjiunt au-  
 tem alij, literis earum vocum epitheta Dei, alij nomina  
 Alcorani, alij juramenta divina, alij alia designari:  
 magna in ijs credentes latere mysteria. Vnde non  
 desunt qui varijs speculationibus, & supputationibus  
 cabbalisticis mira ex ijs elicere nituntur, puta lune  
 motum, Imperij Sarracenicum & aliorum periodos, res

etiam futuras, & id genus alia: vano & ridiculo prorsus  
 conatu. Neque mihi est dubium quin si quidquam signi-  
 ficent, ad Deum sint referenda. Sic omnium prima & no-  
 bilissima initio statim Alcorani occurrens **الم** non male

videtur exponi, **أنا الله أعلم** ego Deus sum sapien-  
 tissimus, sumpta scilicet prima prima, media media, &  
 ultima ult. medietionis litera. Nisi malis cum alijs, literis  
 ijs varia Dei epitheta designari, ut **ا** si **اول** primus,  
**آخر** ultimus, **ابدي** aeternus, **الزلي** perpetuus,  
**ل** لطيف clemens, **م** ملك rex, **مجيد** glo-  
 riosus, **منان** gratiosus, &c. Sunt tamen qui **ا**  
 arbitrantur significare **الله** Deum, **ل** جبريل  
 Gabrielem, **م** محمد Muhammedem: quorum  
 primus (si illis credimus) auctor, secundus traditor,  
 tertius praeo, Alcorani exitit. Sed de hac, & reli-  
 quis omnibus suo alias dicemus loco, nunc eam quae  
 hujus loci est **الم**, literam **م** cum articulo, exponamus.

*Indicantur in Bebbek  
 Regia in Arabia  
 Ms. Joannes Zetzel  
 Astrologus Junctus  
 In 20. deat. Astoria  
 In vandenput  
 unumquodque futurum  
 deum futurum dicitur  
 quod nature Astrologia  
 de hunc, fuit d. ad rem  
 vultus 20. quod  
 gabat*

Ea indicantur

إِلَهٌ coluit, adoravit, hinc enim *سِ* *إِلَٰهٌ* deus, forma  
 بِصَامٍ, quod tamen compendij causa, omisso *ا*, plerumq̄  
 scribitur *إِلَهٌ*, & cum Articulo *ذَ* *إِلَٰهَةٌ* hic, unde,  
 facta contractione, fit hoc *إِلَٰهٌ*, idem omnino valens  
 quod Hebraeorum *יהוה*, & Bohemorum *Hospodin*.

*إِلَٰهٌ*, *أَللَّهُ* *الرَّحِيمُ* & *الرَّحْمَنُ* duo sunt cognomina Dei, *أَللَّهُ*,  
 idem valentia, & significantia misericordem, &  
*رَحِمَ* misereris prius tamen, quod & plene cum *ا*  
 quiescente scribitur *الرَّحْمَانُ*, soli Deo convenit, nec  
 cuiquam alij attributum legitur: nisi quod pseudopro-  
 pheta quidam Muscilema, hostis & amulus Muham-  
 medis, *رَحْمَانَ* *الْيَمَامَةِ* miseratorem Iemame,  
 se vocavisse perhibetur. Posterius generale est, &  
 significationis intendende gratia priori appositum.  
 Itaque sensus hujus sententiae est, In nomine Dei  
 summe misericordis. Coherent autem Articulis  
 omnes ejus voces, ita ut unius dictionis instar legatur  
*Bismillahirrahmanirrahimi*.

*الر* Occurrunt in capitum initijs, in Alcorano,  
 haec quatuordecim vocula mystica.

الم المص الم الم ك ه ي ع ص ط ه ط س م  
 ط س ي س ص ح ع س ق ن  
 de qua.

hic propterea non videtur fieri, quia Te quiescens se-  
quitur. Radix vocis est مَائِي extendit, unde fit مَائِي  
pro quo tamen, compensato ي quiescente per ة fa-  
mininum, dicitur مَائِيَة miaton centum.

Singulis Alcorani capitibus prae mittitur hac sententia

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
quam nomine ex duabus primis ejus vocibus composito  
vocant اَلْبِسْمَةَ. Hujus infinita credant esse myste-  
ria, & innumeras virtutes: ita quidem ut nullius  
ferè operis successum felicem esse posse arbitrentur,  
nisi hac praemissa sententia id sit inchoatum. Vnde  
in librorum initijs, Salomonem, uti ajunt, imitati,  
semper eam adhibent: & quidvis facturi perpetuo in  
ore habent.

Primum ejus vocabulum بِسْمِ hoc peculiare  
habet, quod \ unionis vocula اِسْمِ praeposito ب semper  
excidat, cum extra hanc sententiam perpetuo mane-  
at, scribaturque بِاِسْمِ: & quod, non sine mysterio,  
vinculum literas مِ و س connectens quam potest lon-  
gissime protrahatur, cum succinctè scribi possit بِسْمِ.

اَللّٰهُ Nomen proprium est veri dei, cujus nona-  
ginta novem sunt cognomina, derivatum à Verbo اَلدَّ  
coluit,

و  
اَلدَّ

versibus postponunt ع primam literam vocis عشر, quæ decem significat, & è regione ejus in margine quoque us plurimum collocari solet. Cur autem Interpres maluerit P quam aliam usurpare literam, equidem ignoro; nisi fortè Hebræos imitari voluerit qui Literam Pe sectionibus Pentateuchi distinguendis adhibent, quod ea prima illius vocis litera sit quæ sectionem illis denotat.

Habet autem hoc caput versus centum & undecim, secundum emendatiora quæque Alcorani exemplaria: variant enim in versuum numero non nihil cædices; quia mensura certa in ijs non observatur, atque alius, rhythmi causa, hic, alius illic versum terminandum censet.

Atque ex ijs quæ hæcenus dicta sunt, abunde, opinor, intelligitur hujus capituli inscriptio; ac si dicatur, Caput Alcorani duodecimum, de rebus Iosephi, Meccæ Muhammedi ab Angelo Gabriele traditum, & versus continens centum & undecim.

Obserua autem مَكَّةَ per م scribi, atque adeo Latine scribendum esse Mecca, per geminum c, non Mecha. Plene diceretur Meccato, sed & femininum passim, ab ijs etiam Arabibus, compendij causa, non pronuntiat: sufficit vocalem id præcedentem audiri: itaque pro eo quod ego Sourata dico facile patior ut quis Soura dicat: sicuti interpres pro Assourata dicit Azoara.

Obserua & peculiarem scripturam vocula مَائِدَة utpote in qua Fals mobile per Fatha p̄ et Fesre movetur in var. atum: regulariter enim movetur in le: quod



*exiguam, decem dierum itinere à Mecca distans, confu-  
 gere: ubi à civibus cum gaudio exceptus, visum ei fuit  
 imperij sui sedem collocare, unde مدينة النبي  
 Medinat alnabi, id est, civitas Prophetę, & absolutè  
 مدينة civitas, dictum fuit. Hic qua accepit cæle-  
 stia, scilicet penè dixerã, oracula, ea Medinensia voca-  
 ta sunt, ut qua antea fuis Meccæ obivserat, Meccensia.  
 Ceterum ut Meccæ natus & educatus fuit, ac, Magi-  
 stratui subditus, decem annos doctrinam suam clam  
 primum, deinde palam sparsit: ita Medina, excusso  
 subjectionis jugo, jam Princeps factus politicus simul  
 & ecclesiasticus, totidem annos imperavit, & docuit  
 ac tandem undecimo à fuga sua anno obiit, atque se-  
 pulchus est.*

*Ea fuga هجرة هجره ijs dicta, incidit in noctem illam  
 qua sequuta est 15 Julij, anni æræ Christianæ 622, &  
 communis eorum est æra, uti nobis natiuitas Christi.  
 Supputant tamen illi annis lunaribus, qui undecim fere  
 diebus breviores sunt solaribus, ita ut nunc agatur ijs  
 annus millesimus viciesimus sextus, qui cæpit vigesimo  
 nono decembris anni 1626, feria secunda.*

*Constant singula capita pluribus versibus (quos  
 آيات illi vocant (ac si signa dicas) valde in equali-  
 bus, & rhythmo ferè convenientibus, sed affectato ad-  
 modum, & claudo plerumque. Eos hęc notis ٥ ٤ ٤ ٤  
 solent terminare. Interpres Latinus non nisi post de-  
 cimum quemq̃, verum distinctiorem adhibet, adscri-  
 pta litera P. Id ex eo natum est, quod Arabes in ma-  
 jores A. coranum particulas secantes, denique quibusque  
 versibus*

هجرة مكة

dis domi Muhammedis repertis (quas ille ab angelo Gabriele, diversis temporibus, sibi traditas affirmaverat) ab Abubecro socero & successore ejus, altero imperij illius, Num. 1.

Vocantur ea capita سُورَة, in Singulari سُورَة Sou-  
raton, & cum Articulo السُّورَة affourato, unde La-  
tinus Interpres fecit Azoara, retento Articulo, ut  
fit in Alcoranus, & z pro ss posito, nec non oa pro  
ou, ac neglecto t fæminino, ultima consonante, ex  
consuetudine vulgi. Qui autem hanc vocem vultum  
ajunt significare, malè legunt صُورَة per ص, quod est  
imago, figura, vultus: at سُورَة per س, ut hic scri-  
bitur, est gradus, quæ significatio eleganter capitibus  
libri convenire videtur, quod ijs tanquam gradibus,  
à principio ad finem perveniatur: est & pensum quod  
pueris in scholis discendum datur, id est lectio, quæ  
significatio non minus est idonea: solebat enim Mu-  
hammed schedas illas, & celestes, ut mentiebatur, epi-  
stolas, discipulis suis & affectis legendas & ediscendas  
tradere.

سور مكية و مدينية Harum Suratarum alia مَكِّيَّة id est Meccenses

alia مَدِينِيَّة id est Medinenses inscribuntur: cum  
enim pseudopropheta Mecca, quod celeberrimum est  
Arabia emporium, invito magistratu & civibus  
plerisque, doctrinam suam divulgaret, coactus tandem  
fuit urbem deferere, & Laisribam, quod oppidum est  
L. 2 c. 19.

de causa, ne imprudenter peccent, corio ejus, extrinsecus, majusculis literis inscribere solent إِلَّا

لا يمس الا البطح لا يمسه الا البطح لا يمسه الا البطح

وَأَلْتَطَهَّرُ ne tangat eum nisi mundus.

Sunt autem Corani, seu Alcorani capita centum & quatuordecim, in aequali admodum quantitate: prima enim octodecim reliqua adaequant: quin secundum quantitate excedit postrema quadraginta: majora enim inisso collocata sunt, succedentibus paulatim minoribus ad finem usque libri. Primum tamen breve admodum est, & sex tantum versuum orationem complectitur, fundamenti loco reliquis omnibus pramissam, unde أُمُّ الْكِتَابِ id est, mater libri, vulgo

appellatur, quod ex eo reliqua omnia tanquam à matre ortum habeant, quae appellatio aliorum etiam librorum initijs deinde attributa est. Interpres Latinus primum illud caput reliquis non annumerat: sequentia quinque in plura dividit: ita quidem ut justum numerum denario augeat, & quod caput in exemplaribus Arabicis est septimum, id ei sit decimum septimum, & sic quoque caetera.

Singulis autem capitibus nomen aliquod est impostum, aut a subjecto, aut a prima aliqua ejus voce sic hoc caput, vocatur caput Iosephi, quia historia hujus continet: sed primum, quod matrem libri nominari paulo ante me-

mini, proprio nomine vocatur فَاتِحَةٌ id est, aperiens quod, aperto libro, initio statim ejus lectori occurrat. Ordinata autem hoc modo capita sunt atque adeo totius Alcoranus congestus & compositus ex varijs schematis

ام الكتاب

Vocant itaque legem illam suam **قرآن** Koranum,  
à Verbo **قرأ** quod est legere, & colligere, unde **قرآنة**  
lectio, & **قرآن** lectio, & collectio. Etsi autem  
lectionis notio propterea male ei convenire non vi-  
deatur, quod Iudæi quoque legem suam, seu vetus Te-  
stamentum, ob eodem themate Mikra, id est lectio-  
nem vocent, quod lectione digna sit, & in Ecclesia  
legatur: tamen Arabes eruditi omnes ita dictam vo-  
lunt à collectione saratarum, seu capitum quæ com-  
prehendit: sicuti **قرآن** eam vocat, quod in capita  
illa variasque partes sit divisus.

Moles ejus haud multo minor est mole novi Testa-  
menti, atque hoc caput, quod ordine est duodecimum,  
partem ejus constituit fere octogesimalam.

Incredibile autem est dictu quantum ei libro virtu-  
tis, majestatis, & autoritatis, adscribant, quantum ei  
honoris, imo venerationis deferant. Integri de pra-  
stantia ejus extant libri, quos sine risu homo Christianus  
non legat. Super omnes cum creaturas excellere,  
& proximum à Deo locum tenere prædicant: qui irre-  
verenter eum tractat, visa indignum, nec minus flagi-  
tiosum esse, quam si ipsum contemneret Deum. Eius  
magna cum veneratione & reverentia eum accipiunt,  
& è manibus deponunt, ne quæ Christianum vel Iudæum  
attingere eum permittunt: insidere autem ei, immane  
est piaculum, Christianis etiam & Iudæis capitale.  
Quin ipsis Muhammedanis nefas est, nisi bene mundi  
sint, & loti, vel extremis eum digitis attingere: qua  
L de causa

usum videant, & familiarem sibi reddant: visum mihi fuit manu eos ducere, & difficiliorum etiam vocum rationem Grammaticam paucis indicare: ut qui viva institutione mea destituerint, suo tanquam cortice natate discant, nec præceptoris ope destituti, ab utilissimæ & præstantissimæ linguæ studio animum abijciant. Facilia autem, & trita quæque, atq; vulgaria non duxi operæ pretium attingere; quod, qui attente Grammaticam legerit, & intellexerit, ea per se omnia facile sit observaturus.

**G**rammaticam Arabicam definiunt Arabes, Methodicam compagem præceptorum, ex verbo Dei collectorum, ad acquirendam exactam Arabicæ linguæ cognitionem idoneam.

*Per verbum Dei intelligunt legem suam, quæ Koranus ipsis dicitur, & quam Muhammed ijs persuasit celitus ad se demissam. Ea enim licet futilis sit, inepta, mendacijs referta, nulloq; sensus acumine, aut argumentorum pondere, quod vel leviter hominem Christianum movere possit, instructa; tanta tamen est sermonis puritate, tam accurata analogia, & scriptura perfectione expressa, ut merito ijs materia & norma Grammaticæ constituatur.*

*Hujus Korani hæc Historia pars est: cujus explanationem antequam aggrediamur, de toto opere pauca quedam videntur præmittenda.*

Vocant



THOMÆ ERPENII  
ANNOTATIONES

I N

HISTORIAM JOSEPHI  
quibus obscuriora quæque loca  
illustrantur & difficiliorum vocum  
ratio Grammatica exponitur.

---



V M primum historiam  
hanc prelo subijcerem,  
in animum induxeram,  
neglecto vocum exami-  
ne Grammatico, obscu-  
riora duntaxat loca notis  
hiscæ meis declarare:  
verum cum deinde animadvertirem, tex-  
tum hunc, tum propter summam in re Gram-  
matica authoritatem, tum propter exactam  
vocalium rationem, & styli elegantiam,  
maxime idoneum esse, qui linguæ hujus  
studio sis, post Grammaticæ lectionem, pro-  
ponatur, ut verba ejus singula, & loquutio-  
nes ad præcepta illius examinantes, eorum  
usum

memores existant , 105 perpendiculares  
universa cœli terræque transitoria esse.  
106 Eorum tamen pars plurima minime  
credit, sed à fide se nequiter divertit, præter  
constantes & firmos , 107 non timens,  
quid mali illis a Deo futurum, nec adven-  
tum illius horæ improvisæ , 108 Deum  
quidem solum adorare, suisque præceptis  
ad hæerere, vel comparere, ut ego meique  
sequaces facimus. Non enim sum incre-  
dulus, recta via recte censetur. 109 Ante  
te quidem prophetas misimus, ut homi-  
nibus de villa prædicarent, & quis suorum  
antecessorum finis esset edocerent, & pate-  
facerent, aliam curiam timentibus Deum  
meliorem existere. Sed vos vestram justi-  
tiam nequaquam reliquistis. 110 Unde  
illis tandem desperantibus, & omnes esse  
contraducti iros opinantibus , nos vindi-  
ctam nostram sumpsimus ab illis malis,  
nunquam malum oblaturi, nostris amicis  
liberatis atque salvatis. P. 111 Hæc qui-  
dem prædicta timentibus, maxime miran-  
da sunt. Hic enim sermo non est fictitius,  
sed confirmans atque corroborans,  
quod vestris inest manibus, om-  
nia discernens, & viam  
rectam credentibus  
parefaciens.

(\*)

F I N I S.

THOMÆ

visum per camisam in faciem projectam  
 recuperante, dixit ipse: Nonne me de  
 Deo scire vobis nescia firmavi? 98 Re-  
 sponderunt: O pater dimitte nobis pec-  
 cata, quoniam niam erravimus. 99 Quibus  
 ipse pollicetur: Deum veniam misericordi-  
 a que datorem ego precabor, ut vobis ve-  
 niam largiatur. 100 Eis deinceps omni-  
 bus ad Ioseph proficiscentibus, parentibus  
 suis ab eo honorifice susceptis, inquit:  
 Mezara introite, totius, Deo propitiante,  
 timoris expertes futuri. Eisque super se-  
 dem suam exaltatis, omnes coram eo hu-  
 miles se reddebant. Hoc facto, patrem  
 suum affatus est: O pater, præteriti somni  
 hæc est expositio, a Deo jam verificata, qui  
 mihi benefaciens, è carcere liberavit, &  
 vos ad me duxit, post diabolicam com-  
 mixtionem inter me fratresque meos. Ille  
 namque sapiens, omnia perspicaciter & fa-  
 cile penetrauit. P. 101 O Deus cœli terræ  
 que conditor, qui mihi potestatem dedisti  
 & verborum expositionem docuisti, hic  
 sæculoque futuro tibi me commendo, tu-  
 que perfice me fide perseverantem mori,  
 & deinceps bonis associa. 102 Istud tibi  
 verbum secretum committo, qui nequa-  
 quam intereras illis res suas congregan-  
 tibus, qui te decipere nitentur. 103 Li-  
 cet enim omnia perpetrare, tota gens tibi  
 nequaquam crederet. 104 Tu vero pre-  
 cium nullum eos postula, nisi tantum quod  
 K 3 memores

Ex recitata  
 historia Iose-  
 phi, fidẽ  
 sibi concili-  
 are stoli-  
 dè nititur.



meniam facio , á quo vobis ignorata percipio. 88 Sed vos obsecro filij, ut rumores de Ioseph fratreque suo nullatenus desperantes (increduli namque soli desperati sunt) perferutatū proficiscamini. 98 Tercio itaque profectis, & ad Ioseph pervenientibus, dicendo: O vir sublimis, nobis malum & gente nostra perpeffis, pecunia minutis mensuram adauge, dando beneficium. Benefici namque Deo grati sunt: 90 Ipse respondit: Vtrum facti vestri de Ioseph memores estis, an obliti? Responderunt: 91 Tune es ille Ioseph? Inquit: Sum, & hic est frater meus. Iamq; Deus suam in vobis operatus est misericordiam: qui nunquam suum meritum aufert timenti, & beneficienti, ac perseveranti. P. 92 Demum sui fratres confessi sunt, cum super illos sublimatum, & se quam longius aberrasse. 93 Ipse vero consolans eos, dixit: Nolite contristari, nec dolore tabescere. Hodie namque Deus, veniæ largitor optimus, vobis veniam præbebit. 94 Hanc meam camisiam patri nostro ferentes, in eius faciem, ut lumen percipiat, projicite, & cum omni familia vestra huc redite. 95 Iam cohorte proficiscente, pater suus inquit: O odorem Ioseph, filij mei ego sentio: quanquam vos minime mihi creditis. 96 Cui adstantes, dixerunt: Adhuc senectutis errore deliras. 97 Sed gaudij nuncio veniente, ipsoque  
vilum

79 Et ad Ioseph conversi, sic fati sunt:  
Domine, cum tu vir bonus & justus vide-  
aris, loco sui quempiam nostrum accipe.  
Adhuc enim illi pater senex superstes est.  
80 Quibus ille respondit: Nolit Deus, nos  
quenquam nisi latronem sumere. Sic enim  
injuriam faceremus. 81 Fratribus itaque  
liberatis, & de retenti nullo reditu certis,  
major eorum conquereus dixit: Nonne  
scitis, nos patri ex parte Dei confirmasse,  
sui reditum filij: qui de Ioseph opus con-  
simile perpetravimus? Terram nullatenus  
ingrediar usque quo veniam à patre, redi-  
tusque præceptum habere merear: Aut  
Deus suum inde iudicium faciat. P. 82 Ad  
patrem revertite, dicentes: pater, tuus fi-  
lius furtum perpetravit, prout nobis visum  
est, secretum & occultum, inde nescienti-  
bus. 83 Nos quidem nil nisi verum di-  
cere, tum villa apud quam fuimus, tum  
cohors nobiscum rediens interrogata, te-  
stis aderit. 84 Pater igitur hoc audito,  
dixit: Cordibus vestris secreta reprimitis.  
Ego quidem pulchre patiar, usque Deus  
sapientissimus illos ambos forsan reducet.  
85 Et de Ioseph conquerendo, & illum as-  
sidue nominando, lachrymarum emana-  
tione jugi oculi albugine velati, ipseque  
miser factus est. 86 Quem sui filij inter-  
rogabant: An Ioseph utque ad amentiam  
mortemve tuam nominare non desines?  
87 Quibus ipse: Soli Deo meam queri-  
moniam

ipse testis est, quanquam pluribus inscijs.  
70 Ioseph deinceps fratri suo sibi præsentato, se suum fratrem revelavit, prohibens ne cuiquam hoc revelaret, & ne de factis fraternis multum curaret. 71 Emptione facta, illis discedentibus, in sui germani sarcina vas regium reposuit, editoque facto, missisque perscrutatoribus, illis inquit: Vos viri latrones. P. 72 Responderunt, Quid quæritis? 73 Dixit Ioseph, Vas regium: quod quisquis attulerit mihi, sui cameli sarcinam accipiat, & insuper illi benefaciam. 74 Illi vero responderunt, adsciscentes præsentium testimonium, se nec causa terram prædandi, advenisse, nec latrones existere. 75 Istisque quærentibus, Quid meretur, in ei jus sarcina repositum fuerit, si mendaces essent, 76 cæterisque; permittentibus quamvis aliquod exigeret. 77 Tunc omnibus sarcinis perscrutatis, deinde in germani sui sarcina repertum est. Ita Ioseph artem sumendi fratrem suum patececi, exaltans singulos pro velle meo, & sapientem sapienti præferens. 78 Adstantes quidem, illos increpando dixerunt: Non mirandum, si furtum fecerint, qui prius similiter fratrem suum subdixerunt. Ioseph hoc quidem verbum intrinsecus amplectente, nec inde quicquam proferente, responderunt: Vos deteriores estis, vestrumque sermonem Deus agnoscit.

37  
ut ipsa reperta, facto reditu, domum libentius & festinantius redirent. 64 Ipsi igitur ad patrem reversi, sic eum allocuti sunt: Nobis interdicuntur reditus atque mensura, nisi fratrem nostrum adduxerimus. Eum itaque nobiscum mitte, nostræ tutelæ fideique commissum. Vnde pater indignans, ait: 65 An eum, sicut fratrem suum, vestræ comittam custodiæ? Deus quidem piorum piissimus, melior custos adhibetur. 66 Post sarcinarum apertionem, deinceps sua reperta pecunia patrem lætificans, eam sibi redditam ostendendo. Eoque sic hilarato, fratrem suum secum ductum exorant, affirmantes se propter eum cameli sarcinam sumpturos, & cum insuper veraciter reducturos. 67 Pater quidem asserit, cum minime tradendum illis, nisi prius ex parte Dei \* reductus firmitate sumpta, nisi quis eis vim vel injuriam inferret. Firmitatis itaque fœdere sumpto, Deo cunctorum custode, pater illos ammonens, inquit: 68 O filij per portas varias minime, per unam ingressum facite. Ego quidem, cum Dei solius omnia sint judicia, cujus tutelæ me commendo, cujus præsidio omnes boni subjacent: si quid ipsius nutu vobis accidit, depellere nequibo. 69 Ipsi pro paterna dispositione portas ingressi, nihil molestiæ senserunt, Animo vero Iacob inerat sollicitudo pro dogmate nostro, cuius

K ipse

\* Reductus  
nomen ut  
egeditus.

est testis, 53 Et Deus, mendaces abhorrens.  
54 Nec ego quidem nego, animam hominis malorum studiosam esse: Sed Deus pius veniæque dator, mihi misericordiam largitus est. 55 Tunc rex cum adduci iussit, ut suus serviens efficeretur. Illum igitur adductum alloquens, cum coram omnibus prælatum & sublimatum, fidelem sibi servientem effecit. 56 Quem Ioseph sic affatus est: Pone me custodem atque scientem supra omnia granaria, atque deposita regni tui: Et ego singula more boni custodis tractabo. 57 Ita Ioseph terram, quo velle suum impleretur, præbuimus, qui cuilibet electo misericordiam utriusque sæculi largimur, nulli bonum opus auferentes. 58 Omnes quidem credentes, atque timentes alius sæculi, misericordiam præferunt. 59 Deinceps suos ad se fratres venientes, non cognoscentes eum, Ioseph optime novit. 60 Qui ipsis discedentibus cum illo, propter quod venerant, injunxit, ut fratrem suum ex paterno sanguine secum redeuntes adducerent. 61 Sin autem, ulterius non accederent, velut nihil habituri, persuasione dicens: Nonne vobis mensuram optimam, & pro levi precio tribui? P. 62 Illis itaque pollicentibus, se patrem exoratuos, ut id in actum ducant, 63 clientibus suis Ioseph præcepit, in eorum sarcinis suam reponere pecuniam: ut ipsa

Genf. 42.  
Gen

nerent somnium , si scirent , injunxit.  
45 Illi quidem confitentres , se talium ex-  
positionum ignaros , hoc in somnium esse  
putabant. 46 Tunc tandem á carcere li-  
beratus , ad memoriam ductus , inquit :  
Si ad Ioseph veridicum me miseris , veram  
hic tibi expositionem referam. 47 Ad  
Ioseph itaque nunciij transmissi , somnij  
sibi revelati veram expositionem inde re-  
quirunt , ne rex ulterius inde sollicitetur.  
48 Dixit Ioseph : Septem annis continuis  
semina terræ committite , indeque spica-  
rum collectarum minimam portionem  
comedite , cæterasque spicas conservate.  
49 Septem enim anni graves succedent  
consumpturi prius servata , nisi modium à  
nobis reservatū 50 His superveniet annus  
hominum penuriam alleviaturus , fructus  
& uvas laturus , quibus hominum multi  
liberabuntur. 51 Hac expositione co-  
ram domino recitata , eum adduci ante se  
præcepit. Ipse vero nuncium venientem ,  
ad dominum redire fecit , ut sciscitaretur ,  
cur prædictæ mulieres manus suas , sic seca-  
bant : quarum artes Deus ipse dignoscit.  
P. 52 Domino quærente , quid habebant ,  
quando Ioseph concubitum postulabant :  
per Deum jurando confirmabant , se mali  
in eo nihil percepisse. Tandemque regis  
mulier inquit : Ad veritatis evidentiam ,  
me precatam ejus coitum , eumque recu-  
lasse confiteor : Hujusque secreti ipse verax  
est

Non rex  
fuit , sed re-  
gius præfe-  
ctus.

ad comedendum, quin ante suum adven-  
tum suam expositionem edisseram. Hoc  
enim me Deus docuit. 38 Quoniam gen-  
tem nec in Deum, nec alij seculo creden-  
tem, dimittendo, sectam patrum meorum  
securus sum, Abraham, Isaac, ac Ismael  
atque Jacob: nec cuiquam nostrum acci-  
dit, ut Deo socium statueremus. Hæc est  
enim ejus super nos voluntas. Sed plures  
hominum ingrati sunt. 39 Vos mei car-  
ceris socij percunctor, an Deos disgregatos  
meliores, an unum solum Deum omni-  
potentem & virtuosum esse dicitis? 40 Vos  
autem nihil nisi nomina à vobis patribus-  
que vestris præscripta, cum quibus Deus,  
cujus solius sunt judicia, qui se solum ado-  
rari præcepit, invocatis: Legem vero à  
Deo sancitam plures nesciunt. P. 41 Hoc  
quidem constans atque manifestum cordi-  
bus vestris, quod alter vestri, domini sui  
pincerna statuetur: alter vero suspendetur  
de cujus capite comedent aves. 42 Ita suis  
parefactis somnijs, ei quem liberandum  
agnovit, inquit, Me nominando, tuo do-  
mino notifica. Sed quoniam diabolo sug-  
gerente, hæc injungendo Deum nominare  
oblitus est, in carcere novem annorum  
spacio moratus est. 43 Tunc rex per som-  
nium videns septem vaccas macilentas  
devorare septem pingues, septemque spi-  
cas siccas consumere v i i virides, 44 ho-  
minibus suis convocatis, ut suum expo-  
nerent

Ioseph no-  
vem annis  
in carcere  
inclusus:  
quia se cõ-  
mendans  
pincernæ,  
Deum non  
nominavit,

O fœdum  
& obsecrum  
num prophetam.

